This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



ANALECTA LITTERARIA

DE

LIBRIS RARIORIBVS

EDITA

A

FRIDER. GOTTHILF. FREYTAG. I. C.

LIPSIAE

IN OFFICINA WEIDEMANNIANA.

1750.

250. c. 28

[redacted]

exdorph...

[redacted]

ANALECTA LITTERARIA

DE

LIBRIS RARIORIBVS

EDITA

A

FRIDER. GOTTHILF. FREYTAG. I. C.

LIPSIAE

IN OFFICINA WEIDEMANNIANA.

1750.

250. c. 28

PERILLVSTR. ATQVE. EXCELLENTISSI

MO. DOMINO

CAROLO. SIGISMVNDO

A. NIMPTSCH

DYNASTAE. CLIENTELARVM

HARRASII. PESTERWIZII. ROSS-

THALII. RELIQV

POLONIAR. REGIS. ET. SAXON. ELE

CTORIS. PR. SACRI. CVBICVLI. CO

MITI

IN. CVRIA. SANCTIORE. RERVM. CAME

RALIVM. ET. METALLICARVM

CONSILIARIO

DOMINO. ET. PATRONO

SVO.

[redacted]

VITAM. LONGAEVAM
PROSPERAM. VALETVDINEM
FORTVNATOS. CONSILIORVM
SVCCESSVS
FELICITATEM. PERENNEM

SVMMA. ANIMI. RELIGIONE. PRE
CATVR

EIDEMQVE
PIETATIS. ET. OBSERVANTIAE
CAVSSA

EA. QVA. FIERI. POTEST
REVERENTIA

[redacted]

LECTORI

S.

Inter libros, in prouinciali ſchola Portenſi, quaſi natus educatusque, ab adoleſcentulo, libris tractandis adſuefactus fueram, & in hiſtoriam litterariam animo propenſus, plurima conquirere coeperam, quae ad neceſſariam librorum cognitionem facere videbantur.

Excuſſeram bibliothecae Portenſis publicae loculos, & librorum ſupellectilem quam domi pater inſtruxerat, mihi cognitam reddideram, cum, eſchola, in academiam progreſſus, ſatis & abunde inuenirem, quae, in hoc ſtudiorum genere, deſiderivm mihi explere poterant. Illo tempore accidit, vt virorum celeberrimorum IOANNIS VOGTII & DANIELIS GERDESII, theologorum de hiſtoria litteraria praeclare meritorum, catalogi, libros complexi rariores, in lucem prodirent, e quibus, ſimul-

atque il in manus meas inciderant, eximiam vtilitatem mihi pollicebar. Neque vero me mea fefellit expectatio. Ita enim iſtos catalogos, vſibus meis adcommodatos eſſe intellexi, & horis, quas a grauiſſimo iuris ſtudio, cui me addictum profiteor, vacuas nactus eram, cum ſtilo & pugillaribus, in promtu ſemper habui, vt, ſi qua, de rarioribus libris, ab aliis dicta, oculis occurrerent, ea diligenter ac ſtudioſe adnotarem, omiſſa ſupplerem, & breuiter recenſita vberius exponerem. Iam vero B. L. Analectorum, quae vides, originem atque incrementa habes. Parum autem abfuit, quin, ab iis edendis, me deterreret moroſus, ſi ita dicere fas eſt, praeſentis ſeculi genius, qui exacte & ad vnguem fieri omnia poſtulat, & illico indignatur, ſiquid imperfectum, neque omnibus, vt aiunt, numeris abſolutum, ſibi obuenerit. At enim, in conſilio, quod de edendis hiſce Analectis, ceperam, me admodum confirmauit eorum beneuolentia, quos conatibus meis iuuenilibus patronos fautoresque extitiſſe noueram. Ab iis ſaltem condonabitur, quidquid erroris, praeter opinionem, mihi obrepſit. Quis enim tam ſuffenus ſibi vnquam fuerit, vt in patentiſſimo hiſtoriae litterariae campo, ſine caſu aut prolapſione, ſe progredi poſſe, crederet. Nemini ſane tam felici eſſe licet, vt ſuis oculis cernere & perſpicere

poſſit

poſſit libros, quorum cognitionem ſibi parare ſtudet. Itaque aliorum opera vtimur: aliorum innitimur auctoritate: alienos quaſi in conſilium adhibemus oculos. Siquis igitur, in Analectis meis, nonnihil inuenerit imprudenter dictum: ſi in errore me verſari intellexerit; is non illico me reprehendet, ſed teſtes examinabit, quorum fide & auctoritate, in eam, quam expoſui, ſententiam, inductus ſum. Ceterum adhuc eſt, de quo Te L. B. admonitum cupio. Id autem ad nonnulla ſpectat παραγράμματα, quae cum aliquot plagulae e prelo exiiſſent, ego deprehendi ipſe, & propterea, in emendandis & addendis, corrigere adgreſſus ſum. Illius rei cauſſa fuit, quod vnus alterque liber, ab amicis, quibus me obſtrictum profiteor, ſerius quam optaueram, mecum communicatus fuit, quare etiam euenit, vt iam ſub auctorum, & eorum praeſertim, qui media aetate floruerunt, praenomine, iam ſub cognomine, in ſerie alphabetica, quidam libri collocati fuerint. Sic, v. c. Thomae Aquinatis ſcripta, quae rariora ſunt, inter libros inueniuntur, quorum auctores, primam nominis litterare T. habent. Nicolai autem Gorrani poſtilla, inter eos libros locum obtinuerunt, quorum cognomen, a littera G, initium ducit, etiamſi ille a patria Gorranus dictus eſt. Similiter quidam libri, quorum auctores plane incogniti

gniti, in titulo saltem librorum non nominati fuerunt, secundum titulos, quos acceperunt ab auctoribus, sub eo alphabeti elemento, quo titulus inchoatur, locum invenerunt. Nulla autem ratione excusare potero errorem, quo accidit, vt Iulio Roscio, Hortini cognomen tribuerem, quod a patria, non a familia, ille acceperat. Sed qua ratione typothetarum errores, excusabo? Equidem speraueram, fore, vt liber paullo emaculatior in lucem conspectumque prodiret, quam ob caussam, semel iterumque & saepius bibliopolam rogitaueram, vt, quoniam, ego ab vrbe, in qua liber typis exscribi debebat, remotus, plagulis relegendis, adesse non poteram, homini in eiusmodi rebus versatissimo, emendandi negotium committeret. Sed quam irrita spes fuerit, e typographicorum errorum indice patet, quem libro subiectum reperies. Potiora tantummodo errata, quae offendiculo esse poterunt legentibus, sustuli, leuiora, v. c. vbi pro Italorum è & Gallorum à minus adcurate e & a & vice versa positum fuit, cum aliis, quae primo adspectu se prodere solent, intacta reliqui. Ita vero L. B. vale, & faue studiis meis.

A. I. IS-

A.

R. ISHAAK ABARBANEL Majene Hajeſchuah. ſ. Commentarius ſuper Danielem prophetam, continens XII fontes, & LXX Palmas, ante annos XCVI. primum editus, & nunc demum, idque longe emendatius recuſus 1647. in4. pl. 92.

Commentarium illum ABARBANELIS inter reliqua eius ſcripta, haud adeo obuium eſſe, ex eo adparet, quod J. Muller in praefat. *des Judenthums* p. 26. ſe illum in variis Germaniae & Belgii locis fruſtra quaeſiuiſſe memorat. Prima editio prodiit, 1551. etſi Wolfius *in Bibliotbec. Hebraic.* Tom. I. p. 633. antiquioris Neapolitanae an 1497. mentionem faciat. Conſentit cum Wolfio Jacobus le Long *in Bibliotheca Sacra* P. II. p. 803. & Maittaire *in Annal. Typograph.* Tom. I. p. 645. Contradicit vero Wolfio Vir Summe Reuerendus Sigismundus Jacob Baumgarten, *in der Halliſchen Bibliotbec* Tom. II. p. 21. qui de iſto libro, paullo copioſius expoſuit. Conf Bartolocci *Bibliotbec. Rabbinica* p. 123. qui ex Abarbanelis libris, ante eius mortem 1508. nihil

excuſum fuiſſe ſcribit, praeter prophetas priores, qui anno 255, Chriſti autem 149 ſ. fuerint impreſſi.

IAQVES ABBADIE hiſtoire des conſpirations contre le Roi, & le Roiaume d'Angleterre.

Hic liber, ab autore documentis, ex Anglia, cum illo communicatis, Guilielmi Regis Angliae iuſſu, conſcriptus fuit. Etſi quidem in Anglicum ſermonem conuerſus fuit, eruditorum tamen oculis iſte liber adeo ſe ſubduxit, vt teſte Niceron. Tom. XXXIII *des Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des Hommes illuſtres, dans la Republique des lettres*, p. 387. pauci ſint, quibus de rariſſimo iſto libro aliquid innotuerit.

ABREGE des mathematiques in vſum Majeſtatis imperialis vniuerſae Ruſſiae adornatum. Tomis II. *Petropoli typis Academiae Imperialis ſcientiarum* 1728. in 8. chart. Auguſt.

ſerſibus leoninis, acroſtichis, rebus, vt vocantur, de Picardie, &c. in illa inueniuntur.

VALENTIS ACIDALII, diſſertatio quod mulieres non ſint homines. *Lipſiae* 1595. in 4.

Haec prima diſſertationis editio eſt, cuius ſe autorem eſſe ACIDALIVS negauit. In epiſtola apologetica ad Iacobum Monauium, quae in *Centuria epiſtolarum Hanouiae* 1606. in 8. extat, hiſtoriam illius paullo fuſius exponit. Nimirum bibliopola quidam Lipſienſis, Curtium notis ACIDALII illuſtratum, ſuo ſumtu ediderat, & cum emtores non inueniret, & ſpem lucri euaneſcere animaduerteret, grauiſſimas, ad ACIDALIVM, querelas detulerat, quibus ille permotus, damni leuandi cauſſa, diſſertationem, typis nondum exſcriptam, cum bibliopola communicauerat. Diuulgata typis diſſertatione, in carcerem abductus fuit bibliopola, id quod aegre tulit ACIDALIVS, & in ea, quam diximus, epiſtola, intempeſtiuas hominum iras miratus eſt, quibus eiusmodi luſus ingenii, ſtomachum mouerit? Quid? precibus rogauit Monauium, vt bibliopolae cauſſam defenderet, & apud magiſtratum, & Profeſſores Lipſienſes, pro eo, intercederet. Ipſa diſſertatio ſaepius edita fuit. *Irati a verſio* inuenitur in *indice librorum prohibitor.* Alexandri VII. num. 55. p. 255. hoc titulo: *Che le donne non ſiano della ſpecie, degl'huomini: Diſcorſo piacevole da* Orazio Plato *Romano.* ACIDALIVM refellere adgreſſi ſunt Simon Gedicceus *D. Theolog. Magdeburgenſis, in Defenſione Sexus muliebris* Lipſ. 1595. in 4. quae poſtea *Pariſiis*, vt editionis titulus habet cum ACIDALII *diſſertat.* 1693. in 12. pp. 192. nec non *Lipſiae*, cum ACIDALII *diſſertatione* 1707. in 8. de nouo edita eſt. P. Balle in *Dictionaire* Tom. II. p. 1246. edit. *Roterd.* 1720. Gedicceum, ACIDALII ſcopum, non ſatis perſpexiſſe, & illius contra mu-

anilibus terere ſolent. Vid. de origine vocis & de conſuetudine illa, apud Gallos, diſſertatio lùdicra, quae legitur in *Nouve autés regles litteraires & poetiques* p. 107. ſqq. quae prodierunt *a Liege* 1745. in 8. Autorem Priapium Gallum, qui per Oden in Priapum, qua nihil obſcoenius, deteſtabiliusque fingi poteſt, indelebilem contraxit maculam, catalogi nonnulli produnt. In Parte V. inueniuntur: *les Contes facecieux du Sieur* GAVLARD, (in noſtra editione nunquam GOVLARD vocatus) *gentilhomme de la Franchecomté Bourguignotte.* Quod editio 1582. prodierit, id quidem e prooemio intelligimus, quod noſtrae editioni praemiſſum, & ab autore 1584 conſcriptum eſt. Conqueritur in illo, de variis mutationibus, & adiectionibus, quae ipſo inuito, in editione anni 1582. aliisque, factae fuerint. In noſtra editione, imago Auctoris an. 158, cum annum aetatis ageret 35. ligno inciſum, nec non imago GAVLARDI in P. V. conſpicitur. Sub illo leguntur: *A Tous Accords:*

Quiconque voidicy le Seigneur des ACCORDS
Encor qu'il ne ſoit pas nayfuement pourtraict,
Qu'il iuge ſeulement à voir le ſimple traict
Qu'il eſtentier & rond: de dans comme de hors

Huic vero, ea adpoſita leguntur: *Sur le Portraict du ſieur* GAVLARD, *faict par Nicolas Hoey Peintre Flamant.*

Vn nez plein de rubis, vne face large
Vn beau gros oeil de boeuf, le corps vn peu vouté,
N'ayant iamais eſté qu'en portraicture armé.
C'eſt de Monſieur Gaulard la veritable image.

Jac. Friderici Reimmanni ſententia, de eo libro, vt noſtra quidem fert opinio, iuſto ſeuerior eſt. Multa enim, inter ludicra, occurrunt, inprimis in parte I. libri, quae nonnihil vtilitatis prae ſe ferre videntur. Eo referimus, quae, de variis carminum, ingenioſe compoſitorum, generibus, de ver-

En integrum libri titulum! ACTA *Apostolorum graeco-latine, literis maiusculis. E codice Laudiano, characteribus uncialibus exarato, & in Bibliotheca Bodleiana asservato, descripsit, ediditque* THOMAS HEARNE, *A. M. Oxonienſis, qui & Symbolum Apostolicum, eandem codicem subiunxit. Oxon.* 1715. in 8. NICERON. *Memoir.* Tom. XLI. p. 117. Centum & viginti tantum, huius libri exempla excusa esse confirmat. Conf. Jacobi le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. I. Cap. III. p. 226. edit. *Parisiens.* 1723. in fol.

AEGIDII *Columnae Romani* de regimine principum Libr. III. *Venet.* 1598. in fol.

Num haec editio in conspectum vnquam prodierit, Cl. Vogtius dubitat. Sed praeter Caueum in histor. litter. p. 522. illam adfert *Bibliothecae Bodleianae Catalogus* Tom. I. p. 7. Recentior editio, hoc titulo conspicitur ornata: AEGIDII *Columnae Romani Archiepiscopi Bituricensis Libri III. de Regimine Principum, per Hieron. Samaritanum recogniti. Rom. ex typographia Zanetti* 1607. in 8. Vid. *Bibliotheca Telleriana* p. 362. Manuscripti huius libri codices reperiuntur in Bibliotheca Vaticana, Florentina, & in bibliotheca Fratrum Minorum Cesenae. Vid *Bernardi Montfaucon Bibliotheca Bibliothecarum Manuscriptorum noua* T. I. p. 87. 424. 433. Conf. de AEGIDIO *Columna Romano* Anton. Possevini *Apparatus Sacer* Tom. I. p. 19. qui illum Aegidium Columnium vocat, Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infimae Latinitat.* S. I. p. 51. sqq.

PAVLI AEGINETAE Opera graece. *Venet. apud Aldum* 1528. in fol.

Operum AEGINETAE, haec prima & rarissima editio est, quae nonnisi magno pretio comparari solet.

Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca Graeca*. Tom. XII. p. 577.

AENEAE SYLVII Epiſtolae in fol.

Haec epiſtolarum editio, quae nulla loci, anni, & typographi mentione facta, prodiit, in Auctione librorum Sellii *Lipſiae* 1737. facta, nouem thalerorum pretio emta fuit. Editio vero *Colonienſis*, quae anno 1478. *ex officina Koelhof. de Lubec* in folio prodiit ſeptem thaler. & 4. groſſis veniit.

AENEAE SYLVII PICCOLOMINEI *Senenſis*, Commentariorum de concilio Baſileae celebrato Libri duo, olim quidem ſcripti, nunc vero primum impreſſi. In quibus ſic ſynodum illam depingit, ſic quidquid illic actum eſt, bona fide refert, vt qui legerit, intereſſe, & infulatos illos heroas diſputantes, colloquentes, concionantesque, coram videre ſe putet. Nec ſolum jucunda eſt hiſtoria, verum etiam vtilis. Vixque aliud concilium extat, pari fide & diligentia deſcriptum. Lege felix. Cum multis aliis, antehac nunquam impreſſis quorum cognoſcendorum gratia ne te pigeat, ſequentem indicem aut epiſtolam percurrere. *Sine loci & anni, nec typographi indicio.* in fol. pp. 349.

Collectionis huius raritatem, teſtatur, ſilentium, quo Lenglet du Freſnoy *dans Catalogue des princip Hiſtoriens*, & alii, qui Conciliorum collectores, & Scriptores commemorant, illam taciti tranſierunt. Complectitur illa XX opuſcula, quae a S. R. Baumgartenio *in den Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec*

ibe: T. II. p. 492. ſqq. recenſentur. Vir Summe reuerendus, collectionem illam ante annum 1535. impreſſam eſſe cenſet, quoniam Orthuinus Gratius in *Faſciculo rerum expetendarum, & fugiendarum, Coloniae* 1535. edito; praefationem huic collectioni praemiſſam, inſeruit. Inde enim Vir S. R. colligit, Orthuinum Gratium, vel huius collectionis eſſe editorem, vel plagium quoddam admiſiſſe. Conf. *die Merckwürdigkeiten, der Koeniglichen Bibliothec zu Dresden.* T. III. p. 514. ſqq. vbi de variis, huius collectionis editionibus, earumque editoribus, multa lectu digniſſima adferuntur.

AENEAE SYLVII libellus, aulicorum miſerias explicans, *ex officina Ioannis Schoefferi, Moguntini* in 4.

Iſta editio praeſertim, ob teſtimonium, de typographiae inuentae patria memorabilis eſt. Legitur enim in libri fine: *Per Joannem Schoeffer, Typographum, ſatis quam accuratum, Moguntiaci, vbi Diuinum inuentum ſtatuis typis excudendi libros primo natum. Prid. Nonas Iulias M. D. XVII.*

AESOPI fabulatoris lepidiſſimi, traductio, materno ſermone, fideliſſima Franciſci Tuppi Parthenopei I. V. Doctoris, cum figuris. *Neapol. d. XIII. menſ. Februar.* 1485. in fol.

Haec & iterata editio, *vita* AESOPI *& Allegoriis aucta, Aquilae* 1493. in fol. in lucem emiſſa, inter rariſſimas AESOPI verſiones, facile primum obtinet locum. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotl. Graec.* L. II. c. IX. p. 404. Michael Maittaire *Annales Typographic.* Tom. I. p. 471. edit. recentiſſ. Scipion. Maffei *Traduttori Italiani o ſia Notizia de' Volgarizza-*

rizzamenti d' Antichi Scrittori Latini, e Greci, che ſono in luce p. 50.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE de occulta philoſophia liber 1533. in fol.

Editio prima, quae *Antverp.* 1531. in 8. adprobantibus Theologiae Doctoribus, & ſuffragantibus Conſiliariis, quos Imperator ad librum examinandum deſignauerat, nec non cum priuilegio Imperatoris prodiit, multo rarior eſt illa, quam Cl. Vogtius recenſet. Illam, eodem anno ſequebatur editio *Pariſienſis* in 8. quae ſimiliter infrequens eſt. Illae editiones, librum tantummodo primum, philoſophiae occultae continent. Cum illae breui temporis ſpatio venditae, non amplius comparerent, in tabernis librariis, AGRIPPA tertiam, quam Cl. Vogtius adfert, procurauit. Conradus quidem Colin de Vlma, Ordinis Praedicatorii monachus, & fidei catholicae inquiſitor, omnem mouebat lapidem, vt impediret, ne liber denuo typis exſcriberetur: ſed AGRIPPA per litteras ſupplices, a magiſtratu Colonienſi, eo rem perduxit, vt liber inuito etiam & reſiſtente monacho *Coloniae* 1533 in fol. excuderetur. Rem omnem narrat ipſe AGRIPPA *in Epiſtola Apologetica*, quae a Cl. Vogtio p. 17. memoratur. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. XVII. p. 22. In hac vltima philoſophiae occultae editione, tres libri occurrunt. Liber quartus, qui in nonnullis editionibus recentioribus, quae mortuo AGRIPPA, in lucem prodiere, alium habet autorem, & AGRIPPAE nomen mentitur.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE *ab Nettesheym*, de incertitudine & vanitate ſcientiarum declamatio inuectiua.

Editio

Editio anni 1532, minime *quarum*, in ſerie editionum, ſed *quinta* obtinet locum. Illam enim alia *Pariſienſis* anno 1531. euulgata, quam Niceron l. cit. adfert, praecedit. Diſſidium quod propter hunc librum, inter AGRIPPAM & Doctores Louanienſes, exortum fuit, vberius exponit Niceron. l. cit.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE *ab Nettesheym*, de nobilitate, & praecellentia, feminei ſexus declamatio. 1532. in 8.

Rariſſima iſta editio, a paucis viſa & Niceronio, aliisque, qui de AGRIPPAE libris commentati ſunt, ignota fuit. Inuenitur iſta declamatio quoque in *Operibus* AGRIPPAE. In gallicam linguam conuerſa prodiit *Paris.* 1578. in 16. *Paris.* 1713. in 12. *Lion.* 1726. III. Tom. in 12.

IOHANN GEORGE AHLENS Vnſtruhtinne, oder Muſikaliſche Gartenluſt, welcher beygefügt ſind allerhand ergetz- und nützliche Anmerkungen *Mulhauſen in Verlegung des Verfaſſers* 1687. in 8. pp. 80.

Cum anno 1689, in ciuitate Mulhuſina magnum oriretur incendium, plerumque huius libri exempla igne perierunt, quare euenit, vt in pauciſſimorum hominum, qui Muſices periti ſunt, manibus verſetur.

HENR. AINSWORTHS Annotations upon the five Bookes of Moſes, the Booke of the Pſalmes, and the Song of Songs, or Canticles. Wherein the Hebreu words and ſentences are compared with and explaind by the ancient Greeke and Chal-

Chaldee verſions, and other Records and Monuments of the Hebreus. *London, printed by M. Parſons for Iohn Bellamie* 1639. in fol.

Teſte Jacobo le Long in *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 599 huius operis editio quoque extat *Londin.* 1627 in fol. Separatim vero prodierunt *Annotationes in Pentateuchum Londin.* 1621. in 4. *Annotationes in Pſalmos Londin.* 1612. & 1617. in 4.

LIEVWE VAN AITZEMA Saken van Staat en Orlogh in en Omtrent de verenigde Nederlanden. *Haag.* 1669-1672. VI. Tomis in fol.

In errore verſatur Cl. Vogtius, cum is Struuio in *Bibliotb. Hiſtorica* p. 374. & Bunamanno in *Catalogo libror. rar.* p. 104. & forte aliis adſentitur, qui primam huius libri editionem, a Belgis ſuppreſſam, hanc ſecundam vero, in quibusdam licet auctam, & continuatam, iuſſu tamen reipublicae Batauae, caſtratam atque interpolatam tradunt. Sed falli eos, ſibique imponi paſſos eſſe, Auctore Euchario Gottlieb Rinckio, teſtatur Adam Fridericus Glafey, in *Catalogo Bibliothec. Rinckianae* p. 492. Vbi *Rinckium ſedulam exemplarium collationem inſtituiſſe, remque & ideo non credibilem eſſe*, ſcribit, *quoniam vana fuiſſet Reipublicae cura, ſi poſt viginti annos, quibus aliquot tomi, primae editionis, iam ſaepius editi erant, totque exemplaria vniuerſi operis diſtracta, notitiam rerum longe lateque vulgatarum, extinguere voluiſſent.*

La Avarchide del S. LVIGI ALAMANNI. *In Firenze nella Stamperia di Filippo Giunti.* 1570. in 4.

LVDOVICI ALAMANNI, opuſcula omnia hodie rara ſunt, hoc vero vnum e rariſſimis eſt, id quod etiam *Catalogus Bibliothecae Dalmanianae* p. 288. & Nicol. Franceſco Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Ita-*

Italiana p. 116. teſtatur. Deſcribitur in illo poemate obſidio oppidi Biturigum, *Auarici*, cuius Caeſar in ſuis de *bello gallico Commentariis* plus vice ſimplici, nimirum L. VII. c. 13. 31. 32. 47. facit mentionem. Illud oppidum hodie, a Gallis, *Bourges*, adpellari credunt. Propoſuit autem LVDOVICVS ALAMANNVS, ad imitandum ſibi Homerum, atque illius praeſertim Iliada. Non vero ipſe carmen in lucem prodire iuſſit, ſed filius eius Baptiſta. Franciſcus Bochius in *Elogiis virorum clariſſimorum, qui Florentiae, nati ſunt*, hoc carmen, titulo *Varchides*, & Michael Poccianti, in *Catalogo Scriptorum Florentinorum tit. La Varchide* minus recte adducunt. Vita LVDOVICI ALAMANNI, a variis deſcripta, paullo vero vberius expoſita fuit, in *Giornale de' litterati d' Italia Venet.* Tom. XXXII. p. 230. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. XIII. p. 53. ſqq.

IOANNIS DE ALBA, Sacrarum Semioſcon, Animaduerſionum & electorum, ex vtriusque Teſtamenti lectione, commentarius, & centuriae. *Valent.* 1610. in 4.

Haec prima libri editio eſt, qui poſtea titulo *Selectarum Annotationum, in varia, vtriusque Teſtamenti loca difficiliora* prodiit, & a Gerdeſio p. 6. *Florileg. Hiſtorico-Critici Librorum rariorum* propter raritatem commendatur. Extat quoque editio *Veneta* 1616. Obiit IOANNIS DE ALBA *Hiſpanus Carthuſianus* an. 1591. Vid. Jacobi le Long *Bibliotbec. Sac.* T. II. p. 600.

ALBERTVS MAGNVS de Secretis mulierum.

Plurimas iſtius libelli habemus editiones, eiusque verſiones. Sed illae rariſſimae ſunt, quae nomen veri

veri autoris in fronte gerunt. Neque enim ab ALBERTO MAGNO, ſed a diſcipulo illius HENRICO DE SAXONIA liber eſt conſcriptus. Duae nobis innotuerunt editiones, quae Autoris nomen, diſertis verbis, ante oculos poſitum, habent. Alteram inuenimus in Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 679. qui illam hoc titulo adfert: *Henrici de Saxonia Alberti M. diſcipuli, liber, de Secretis mulierum. Aug. Vind. per Antbon. Sorg.* 1498. Conf. Jos. Simleri *Bibliothec. Gesner.* p. 281. Alteram reperimus in *Bibliotheca Thuana* p. 156. *Henrici de Saxonia de Secretis mulierum, de virtutibus herbarum, lapidum, quorundam animalium, aliorumque Francof.* 1615. in 12. Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. not. k. p. 130. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. lat.* L. I. p. 121. qui hunc librum ALBERTO quidem ſuppoſitum eſſe ſcribit; veri autem autoris nullam prorſus facit mentionem. Simili ratione Petrus de Prusſia *in vita Alberti M.* c. XVIII. alium autorem libelli, qui ſub ALBERTI M. nomine *de rerum natura* circumfertur, deſignat, eumque a Thoma de Cantopre ſeu Cantimpratenſi, ALBERTI diſcipulo conſcriptum eſſe perhibet. Conf. Chriſtiani Schoettgenii *Continuat. Bibliothecae J. A. Fabricii med. & infim. latinit.* L. XIX. p. 696. Jos. Simleri *Bibliothec. Gesneriana.* p. 669.

ALBOHALI *Arabis Aſtrologi antiquiſſimi, ac clariſſimi*, de iudiciis natiuitatum liber vnus, antehac non editus. cum priuilegio D. Ioanni Schonero conceſſo. *Noribergae in officina Ioannis Montani & Vlrici Neuber* 1546. in 4. fol. 64.

Hunc, ALBOHALI, qui rectius ABVALI ſcribitur, librum, Joachimo Hellero, Leucopetraeo, Matheſeos in gymnaſio Acgidiano, apud Norimbergenſes Profeſſori, ſtrenuo Aſtrologiae iudiciariae defenſori,

sori, & indefesso eiusmodi librorum, inuestigatori, acceptum referimus. Vixit ille Seculo XVI. & ob Flacianismum, & alia, quae ipsi impingebantur vitia, munus relinquere publicum & carceri inclusus. tandem 1563 mense Junio, cum vxore & liberis e ciuitate Norimbergensi exire iussus est. Vid. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1460. Ceterum, ille librum, ex archetypo, qui olim in Bibliotheca Matthiae Regis Hungariae, fuerat repositus, edidit, & Philippo Melanchthoni, quem suum vocat praeceptorem, dedicauit. Recusus fuit liber *Norimbergae* 1549. in 4. teste *Bibliotheca Bodleiana* Tom. I. p. 15.

De ALCHEMIA volumen. *Norimb. apud Io. Petreium* 1541. in 4. pp. 373. praeter praefationem & indicem. Cum figuris ligno incisis.

Omnia quae in hoc rarissimo volumine continentur, titulus paullo vberius exponit. Nempe: *In hoc volumine de Alchemia continentur haec, Gebri Arabis, philosophi solertissimi, rerumque naturalium, praecipue metallicarum peritissimi, de inuestigatione perfectionis metallorum L. I. Summae perfectionis metallorum siue perfecti magisterii L. II. Quae sequuntur omnium nunc primum excusa sunt. Eiusdem de inuentione veritatis seu perfectionis metallorum L. I. De fornacibus construendis L. I. Item speculum Alchemiae doctissimi viri Rogerii Bachonis, Correctorium Alchemiae, doctissimi viri Richardi Anglici. Rosarius minor, de Alchemia; Incerti Autoris. Liber Secretorum Alchemiae Calidis filii Jazichi Judaei. Tabula Smaragdina de Alchemia Hermetis Trismegisti, Hortulani philosophi super tabulam Smaragdinam Hermetis commentarius. Omnia collatis exemplaribus, emendatissima, nouoque modo ad mentem Autborum distincta, & argumentis, atque picturis necessariis, illustrata, ita vt merito, iam renata videri queant.* In prae-

praefatione Chryſogoni Polydori dictionis impuritas, horum librorum excuſatur, & de eorum vtilitate, multa dicuntur. In fine libelli inuenitur epiſtola typographi, qui lectores rogat, vt ſi quis aliquid eiusmodi librorum, ſiue latine, ſiue germanice conſcriptum habeat, illi liberaliter id impertiri velit, quo collatis multis exemplaribus, emendatiora in ſtudioſorum manus perueniant, quae iam penes illum ſint, huius generis opuſcula, partim vetuſtate, & ſitu corrupta, partim librariorum inſcitia, deprauata eſſe, ſcribit, vt ſine multorum exemplarium collatione, corrigi & emendari non poſſint. Exhibet denique indicem 35. tractatuum, vt nominat, de Alchemia, qui iam penes illum ſint, quorum autem plura deſiderat exemplaria. Scripta, quae omnium optima, & caeteris maxime praeferenda exiſtimauit, Aſteriſco notata inuenies.

ALCORA'NVS Franciſcanorum.

De variis huius libri editionibus, multa lectu digna adtulit Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 21. ſqq. Recentiſſimae tamen, & ſplendidiſſimae editionis, nullam prorſus, id quod miramur, fecit mentionem. Eſt illa apud nos hoc titulo inſignita: *L' Alcoran des Cordeliers tant en Latin, qu'en François c' eſt a dire, Recueil des plus notables bourdes & blaſphemes de ceux, qui ont oſé comparer Sain & François a Jeſus Chriſt: tiré du grand livre des Conformitez, jadis compoſé par frere Barthelemi de Piſe, Cordelier en ſon vivant. Nouvelle edition ornée de figures deſſinées par B. Picart. Tome I. a Amſterd. aux depens de la Compagnie* 1734. in 8. pp. 396. excepta praefatione. Tom. II. pp. 419. Hic liber controuerſiae, quae inter Goetzium, & S. R. Baumgartenium coorta eſt, occaſionem praebuit, de qua vid. illius *Merckwürdigkeiten*

keiten der Königlichen Bibliothec zu Dreszden Tom. III. p. 267 - 272. Huius autem *Nachrichten von einer Hallischen Bibliothec* Tom. I. p. 286. ſqq. vbi nos docet, quod editio, anni 1560. in 8. cuius titulum gallicum tantummodo Cl. Vogtius exhibet, etiam textum contineat latinum, & quod editioni Genenſi an. 1578. in 8. quam latinam Cl. Vogtius exiſtimat, gallica etiam verſio, ſit adiecta. Plures editiones, a Vogtio, aliisque, qui hanc recenſuere, omiſſae, in libris citatis reperiuntur.

L'ALCORANO di Macometto, nel quale ſi contiene, la dottrina, la vita, i coſtumi, e'le leggi ſue. Tradotto nuovamente, dall' Arabo, in lingua Italiana. *Venet.* 1547. in 4. fol. 150.

Cl. Vogtius p. 20. *Catalogi libror. rar.* quidem hanc verſionem ab Andrea Arriuabenio, adornatam eſſe credidit, ſed contrarium nos docet ipſe Arriuabenius, qui bibliopola Venetus fuit, in dedicatione, ad Gallorum, in aula Turcica legatum, vbi diſerte ſcribit, ſe alii commiſiſſe negotium, vt ex lingua *Arabica* in Italicum ſermonem Alcoranum conuerteret. Sed deceptus fuit Arriuabenius, cum illa verſio, non ex Arabico ſermone, ſed e latina Roberti Retenenſis Angli verſione facta fuit, id quod interpres ipſe, ſine dubio hiſce ſignificare voluit verbis, quae in fine libri leguntur: *Et auenga che nel teſto Arabo ciſiano anchora alcuni pochi verſi, come ornamento del fine dell' opera, nondimeno, non eſſendo di ſoſtanza, ne appreſſo il latino interprete, li habbiamo voluto la ſciare.* Verba illa in latina Roberti Retenenſis, verſione, & quidem in editione Bibliandri ita leguntur: *Subiiciuntur in Arabica ſcriptura verſus aliquot vice coronidis. Qua de cauſa latinus interpres omiſerit non poſſum ſatis intelligere.* Vid. *die Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dreszden.* T. III. p. 526. ſqq. Conf. Tom. I. p. 546. Nicol. Fran-

Franceſc. Haym *nella Notizia de'libri rari* p. 86. qui illum, *libro aſſai raro* nominat. De Roberti Retenenſis verſione vid. Huetius *de claris interpretibus* p. 141.

VLYSSIS ALDROVANDI Muſeum metallicum. *Bonon. ap. Io. Baptiſt. Ferronium* 1648. in fol. cum fig.

Titulum libri Cl. Vogtius p. 22. mutilum exhibuit, qui talis eſt. *Vlyſſis Aldrouandi Muſaeum metallicum, in libros IIII. diſtributum, a Bartholomaeo Ambroſino compoſitum, editore Marco Antonio Bernia Bonon.* 1648. in fol. Liber poſtea in compendium redactus, & editus fuit cum titulo: *Synopſis muſaei Metallici, Vlyſſis Aldrouandi, omnium Metallorum materiam, proprietates, differentias, generandi & praeparandi rationem, & vſum ſuccincte tradens, innexis variis curioſitatibus ſcitu lectuque dignis. Edita a Dauide Kellero, Medic. Doctore Practico Lipſ.* 1701. in 12. Vid. Niceron. *Memoires* T. XXXIII. p. 357.

THEOPHILI ALETHAEI Diſcurſus politicus de Polygamia. Salomo: Eme veritatem, nec vende illam. Iohannes: Si male locutus ſum, proba; ſi vero bene, quare verberas me? *Friburgi apud Henricum Cunrath* 1674. in 12. pp. 96, iterumque ibidem 1676. in 8. pl. 11.

Joannes Lyſerus, nunquam Rector vt Jacobus Fridericus Reimmannus quidem in *Catalogo Bibliothecae Theologicae* p. 696. & cum eo Cl. Vogtius p. 23. exiſtimat, ſed Scholae prouincialis Portenſis fuit Inſpector eccleſiaſticus. Multa quidem de variis iſtius libri editionibus, & verſionibus, nec non de fatis Lyſeri tragicis hic adferre poſſemus. Sed ablegamus lectores, qui plura ſcire cupiunt, ne cramben

ben bis coctam adponere videamur, ad Viri Summe Reuerendi Joannis Joachim. Am Ende pereruditam *disquisitionem*, *qua memoriam Inspectorum Portensium restauravit* Viteb. 1748. in 4. excusam; nec non ad Christiani Gottlieb Clugii Theologiae Doctoris apud Vitebergenses celeberrimi *epistolam*, *de vita ac fatis Ioannis Lyseri ad Jo. Joach. Am Ende perscriptam, cum munus Superintendentis*, *apud Friburgenses susciperet* Viteb. 1748. in 4. Illi enim Viri doctissimi, summo studio congesserunt, quae, de Jo. Lysero, eiusque scriptis dici poterant.

Historia ALEXANDRI MAGNI *Regis Macedoniae*, de proeliis, in fol.

Iterata editio *Argentinensis* scilicet ann. 1494. in fol. extat in *catalogo exquisitissimae bibliothecae Sellianae*, vbi etiam p. 122. editio perantiqua *sine loco & anno* in 4. adfertur. Conf. Mich. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 584.

Philomati seu ALEXANDRI VII. *Papae*, musae iuueniles. *Lutet. Paris.* 1656. in fol. e typograph. Reg.

Splendidissimum ac rarissimum illud opus, quod e typographia Regia, in charta maxima impressum prodiit, a paucissimis doctis viris conspectum fuisse, admodum verisimile est. Nescimus quid compilatorem *Catalogi Bibliothecae Hulsianae*, commouerit vt P. I. p. 276. has musas iuueniles, sub Philomati nomine in lucem emissas Guilelmo a Fürstenberg adscripserit. Non minore quidem splendore Poemata Ferdinandi, Episcopi Monasteri & Paderbornensis, Liberi Baronis de Fürstenberg *Parisiis* 1684 *e typographia Regia* in fol. euulgata fuerunt, Conf. de Alexandro Chigio VII. P. Baile *Dictionair.* in voce *Chigi* Tom. I. p. 869.

LEONIS ALLATII Dramaturgia diuiſa in VII. indices. Romae 1666. in 12.

Nunquam liber iſte, latina ciuitate donatus, prodiit, vt quidem hic titulus, quam Cl. Vogtius p. 25. exhibet, prae ſe ferre videtur; ſed italice conſcriptus inuenitur: *Drammaturgia diuiſa in Setti indici.* Liber complectitur ea, quae ludos Scenicos, & eorum Autores, reſpiciunt. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. IIX. p. 113.

R. MOYSES ALMOSNINO, *Hebreo*, Extremos, y grandezas de Conſtantinopla. Traducido par Iacob Canſino Vaſſallo de Sv Mageſtad Catolica, Interprete Suyo, y Lengua en las plaças de Oran. *En Madrid, en la Imprenta de Franciſco Martinez.* 1638. in 4 pp. 195.

R. MOYSES ALMOSNINO Theſſalonicenſis, filius Rabbi Baruch, vixit circa annum 1538, & reipublicae Theſſalonicenſis commiſſarius anno 1567. in aula Turcica fuit. Vid. Jo. Chriſt. Wolfii *Biblioth Hebr.* Tom. I. p. 805. ſqq. T. IV. n. 1321. De Interprete Iacob. Canſino Tom. III. num. 1101. p. 524. *Die Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. III. p. 446. ſqq.

FRANCOIS DE L'ALOVETTE Traité des Nobles, & des vertus dont ils ſe ſont formés, avec une hiſtoire genealogique de la maiſon de Couci & Vervin. *Paris*, 1577. in 4.

Librum hunc, inuentu & emtu, difficillimum eſſe, teſtatur *Catalogus Bibliothecae Joannis Petri de Ludewig* p. 1164. Autor praeſes Sedanenſis fuit, qui plura ſcripſit, quorum catalogum Antoine du Verdier & François de la Croix du maine *in Bibliotbecis* ex-

exhibent. In hoc libro, multa quidem vulgaria reperiuntur, diplomata autem, quae ad hiſtoriam genealogicam domus de Couci, adfert, multum lucis, feudis medii aeui accendunt.

ANDR. ALTHAMERI Commentarius in Tacitum de moribus Germanorum. *Norimb.* 1538 in 4.

Haec non prima iſtius libelli, ſaepius recuſi, editio eſt, antiquior & rarior extitit in *Bibliotheca Hulſiana* P. II. p. 419. cuius titulus eſt. ANDREAE ALTHAMERI *Brentii Scholia in Cornelium Tacitum Romanum hiſtoricum de ſitu, moribus, populisque Germaniae, Norimberg.* 1529. in 4. Conf. Joſiae Simleri *Bibliotheca Geſneriana.* p. 35.

ALVREDI *Beuerlacenſis* Annales, ſiue hiſtoria de geſtis regum Britanniae libris IX. E codice peruetuſto, calamo exarato, deſcripſit, ediditque Thomas Hearne, qui & praefatione, notis, atque indice illuſtrauit. *Oxon.* 1716. in 8.

Quoniam teſte Niceron. Tom. XLI. *Memoir.* p. 118. CXLIIX. tantum exempla, huius libri, typis exſcripta fuerunt, vnusquisque facile, raritatis cauſſam coniicere poterit. Conf. de ALVREDO iſto, Academiae Oxonienſis conditore, Ioannis Lelandi *Commentar. de Scriptoribus Britannicis* Tom. I. Cap. CXV. p. m. 144. ſqq. Vid. etiam infra Thomas Hearne.

SIXTINI AMAMA *Friſii, Litterarum Hebraicarum Profeſſoris Franekerani* Antibarbarus biblicus, ſeu Cenſura verſionis vulgatae latinae Pentateuchi librorum hiſtoricorum, libri Iob,

Pſalmorum, Prouerbiorum, & Eccleſiaſtae, libro IV. auctus. *Franeker.* 1656. in 4.

Recuſa illa editio fuit *Hamburgi* 1707. in 4. Liber quartus qui hiſce editionibus accesſit, complectitur Iſaiae, & Hieremiae Cenſuram. Libri tres priores iam anno 1628. *Franekerae* in 4. prodierant. Vid. Niceron. *Memoires* Tom. XXXIIII. p 242. ſqq. vbi ſatis adcurata libri reperitur recenſio. Conferendi autem ſunt cum hoc Antibarbaro biblico, eiusdem Autoris *Cenſura vulgatae verſionis latinae Pentateuchi cum Prolegomenis. Franeker.* 1620. in 4. *Francof. ad Moen.* 1634. *in* 4. *Cenſura in libros Joſuae, Judicum, Samuelis, Regum, Paralipomenon, Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten*, quae in *Criticis Sacris* reperitur, Conf. de SIXTINO AMAMA P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 172. Anton. Wood *Athenae Oxonienſes* Tom. I. p. 527.

DIVI AMEDAEI *Epiſcopi Lauſaniae*, de Maria virginea matre homiliae octo, plenae myſticis eius laudibus, quae miris modis languidam in Deum mentem, ſimul excitant, quibuslibet chriſtianis inprimis vtiles & amoenae. *Colon.* 1618.

Melchior Hurterus, quidem apud Gerdeſium in florileg. p. 15. huic libro, inter rariores, locum adſignat, quem nos vero, non adeo infrequentem in bibliothecis eſſe, crediderimus, cum nonſolum ſaepius ſeorſum editus fuerit, ſed etiam in variis collectionibus inueniatur. A Fabricio in *Bibliotheca med. & inf. lat.* L. I. p. 205. praeter *Baſileenſem* 1517 primam, & illam quam hic adduximus, etiam editio *Antuerpienſis ex recognitione Richardi Gibbon* S. I. 1613. in 12. *Duaceuſis* 1625. in 4. adferuntur; ſed ille etiam quinque collectiones, eiusmodi Scriptorum nominat,

nat, quibus ille liber inſertus inuenitur. Conf. Anton. Poſſeuin. in *Appar. Sacr.* Tom. I. p. 75, qui de prima editione ſcribit: *eam Baſileae prodiiſſe, cum nondum haereſeos veneno, contaminata prorſus fuiſſet illa ciuitas.*

SCIPIONE AMMIRATO delle famiglie nobili Fiorentine. *In Firenze preſſo i Giunti.* 1615. in fol.

Tomus tantum primus, operis iſtius in lucem prodiit. Vid. Nicol. Franceſc. Haym *notizia de' librirari p.* 105. Secundus quidem teſte Niceron. Tom. IIII. *Memoir.* p. 109. ab AMMIRATO elaboratus, & ad finem perductus, typis tamen nondum exſcriptus fuit. In nonnullis exemplaribus inuenitur dedicatio SCIPIONIS AMMIRATI ad Franciſcum magnum Hetruriae ducem, ſed rariſſime. Illam enim autor praemiſit, cum viueret, poſtquam vero illo viuente, pauca libri exemplaria vendita erant, Scipio Ammiratus iunior illum librum, veluti denuo editum produxit an. 1615, nouumque illi titulum, & nouam epiſtolam dedicatoriam, ad *Coſmum* II. praefixit, veteremque reiecit. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Venet. Tom. XXXIII. P. I. p. 306.

Les AMOVRS paſtorales de Daphnis & de Chloë, ecrites en grec par Longus ancien auteur, & traduites en françois par Amiot, *a Paris* 1718. in 8. cum fig.

Plurimae quidem, huius verſionis, extant editiones, illa tamen, ſi *Catalogo librorum bibliopolii Caroli Levier*, quod 1735. Hag. Comit. diuenditum fuit, fides habenda eſt, ex eorum librorum eſt numero, qui inter rariſſimos, non vltimum, obtinet locum.

Ita vero Catalogus iſte p. 314. *Les Amours paſtorales de Daphnis & de Chloë, edition originale* 1718. *avec 29. tres belles figures inventées par Monſeigneur le Duc d'Orleans, & gravées par Audran; Cet Ouvrage eſt tres rare, on n'en a tiré qu'un tres-petit nombre d'exemplaires, aux depens du Duc Regent, & celui-ci eſt d'autant plus conſiderable, a cauſe, qu'on n'a pas ſeulement marqué en marge d'une ecriture parfaitement belle les diverſes leçons de la traduction, mais principalement, qu'il ſe trouve a la fin un deſſein original de la main de Monſeigneur le Duc d'Orleans, qui repreſente la concluſion du Roman: Cette pieçe n'a pas été gravée parceque le Sujet en eſt trop libre.* &c. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. IIII. p. 52.

MOYSE AMYRAVT, Traité du gouvernement de l'egliſe. *a Saumur* 1653. in 8. pl. 34.

Collectores *Nou-Antiquorum* ad an. 1727. p. 23. hoc ſcriptum rarum & doctum vocant. MOSES AMYRALDVS, Profeſſor theologiae Salmurienſis, qui inter Galliae polygraphos, non infimum obtinet locum, in hoc libro, neceſſitatem, & autoritatem Synodorum eccleſiaſticarum, contra independentes, vt vocantur, defendit: In praefatione ſcribit, quod eorum dogmata, a ſynodo Charentonenſi, inter ea, e quibus multum detrimenti, & eccleſia & regnum caperet, relata fuerint, quam ob rem etiam ſuperiorum iuſſu, librorum conſcripſerit. Vberiorem recenſionem *Nou-Antiqua* loco citat. exhibent. Inter rariores libros MOSIS AMYRALDI omni etiam iure referri meretur, *La vie de François Seigneur de la Noue, dit Bras-de-fer. a Leide* 1661. in 4 Conf. P. Baile. *Dictionair.* Tom. I. p. 181, qui inter alia Inlii Bartoloccii de Celleno, ignorantiam reprehendit, qui in *Bibliotbec. Rabbinica* P. IIII. p. 66. MOSEM AMYRALDVM, Iudaeum conuerſum ad fidem, nominauerat.

ANA-

Vid. Cornelius Curtius in in *Elogiis Auguſtinianorum* p. 129. ſqq. De reliquis eius ſcriptis Jo. Alb. Fabricius in *Bibliotb. med & infim. Lat.* L. I. p 404. cui editio a nobis adlata, minus cognita fuit. Conf. quoque Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 148. ſqq.

IACOBI PAYVAE ANDRADII Orthodoxarum explicationum L. X. *Venetiis* 1564. in 4. *Coloniae per Cholinum* 1564. in 8.

Illo libro, Martinum Chemnitium adductum fuiſſe, ſcribit Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 31. vt concilii Tridentini Examen inſtitueret. Id quidem cum veritate prorſus congruit; Sed IACOBVM A PAYVA ANDRADIVM, priusquam examen concilii Tridentini, conſcriberetur, a Chemnitio, hoc libro impugnaſſe Martin. Chemnitium, titulus prodit, quem integrum adponimus: *Jacobi a Payua Andradii, Orthodoxarum explicationum, omnium fere de religione capitum, quae ab haereticis controuertuntur Libri X. in quibus, praeſertim Martini Chemnitii calumniae refutantur.* Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. II. p. 83. Jo. Franciſci Buddei *Iſagoge biſtorico-theologica* P. II. p. 497. Scripſit idem IACOBVS DE PAYVA D' ANDRADA, alium, contra Martinum Chemnitium, libellum, cuius iam titulum Cl. Vogtius l. cit. adduxit, quem vero *Olyſſipon.* 1570. prodiiſſe inuenimus in *Bibliotheca Telleriana* p. 65.

VALERII ANDREAE DESSELII Faſti academici, ſtudii generalis Louanienſis, id eſt, origo, & inſtitutio, Rectores, Cancellarius, Conſeruatores, & Doctores, Profeſſores, Fundatores, & Benefactores, resque aliquot memorabi-

rabiles eiusdem vniuerſitatis. Editio iterata, accuratior, & altera parte auctior. *Louanii* 1650. in 4. pp. 407.

De controuerſia, propter editionem inter Jo. Chriſtophorum Colerum, & Chriſtoph. Auguſtum Heumannum, exorta, inprimis legi merentur, quae poſterior Tom. II. *Paecilis* p. 491. ſqq. & Tom. III. p. 41 ſqq. ad Colerum perſcripſit. Conf. etiam Niceron. *Memoir.* Tom. XLI. p. 195.

FRANCESCO ANGELONI Iſtoria Auguſta da Giulio Ceſare, a Coſtantino il Magno, illuſtrata con la verità delle antiche medaglie. Con l'emendazioni poſtume, e col ſupplimento de roveſci di Gio. Pier. Bellori. *In Roma per Felice Ceſaretti* 1685. in fol.

Hic, inter libros ANGELONI, rariores, etiam in ipſa Italia, omni iure referendus eſt. Conſtituit Gioia XIX. *della Collana*, vt apud Italos vocatur, *Lazina*. Prior eius editio prodierat *Romae* 1641. in fol. *Conf.* Nicol. Franceſco Haym *notizia de' libri rari* p. 31.

ANDREAE ANGELI breuiarium ſeu compendium rerum Marchicarum. Das iſt: Kurze und doch wahrhaftige Beſchreibung der vornehmſten Geſchichten und Hiſtorien, ſo ſich vor und nach Chriſti Gebuhrt, als über 200 Jahren, im Chur - und Fürſtenthume der Marck Brandenburg, von Jahr zu Jahre, bis auf gegenwärtiges 1593ſtes Jahr begeben und zugetragen haben. Am Ende iſt hinzugeſetzet ein kurzer Bericht vom Marggrafthum Brandenburg. *Wittenberg 1593.* in 4.

Librum

Librum nos compendium, aut prodromum, maioris operis esse putamus, quod idem ANDREAS ANGELVS *Struthiomontanus*, edidit cum titulo. *Annales Marchiae Brandenburgicae. Das ist. Verzeichnüs der fürnembsten Geschichten, so sich im Churfürstenthumb Brandenburg vnnd andern einverleibten Landen vor und nach Christi Geburth zugetragen haben. &c. Frankf. an der Oder* 1598. in fol. In bibliotheca Portensi publica adseruatur eiusdem ANGELI *Hollsteinische Chronica Leipzig* 1597. II. Tom. in fol. quorum, historiam, alter vero vrbium memorabilia exponit.

BONAVENTVRA ANGELI. Vid. infra BONAVENTVRA.

Vindiciae ANHALTINAE, seu Celsissimorum, & illustrissimorum Principum Anhaltinorum, Comitum Ascaniae, Dynastorum Seruestanorum, Bernburgensium &c. Iura liquidissima, in & circa antiquissimum Comitatum Ascaniae, repraesentata in Manifesto Ascanensi, & ab eclipsi cuiusdam Anonymi liberata. Accesserunt solennes protestationes, pro conseruandis Anhaltinorum Principum iuribus, inter vniuersalis pacis tractatus publice exhibitae An. 1648. in 4. pp. 127.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. librr. rar.* p. 33. sqq. Omnia vero, Martini Milagii a Milagsheim, qui nonsolum Principibus Anhaltinis, a Consiliis fuit, sed etiam Cancellarii dignitate gauisus est, scripta publica, & deductiones, rarissime inueniuntur. Huc spectant, quae mihi innotuerunt, *Manifestum Ascanense, seu Relatio quomodo principes Anhaltini possessione comitatus Ascaniae, ab episcopis & capitulo Halberstadiensi, per vim destituti sint.* 1646. in 4. it. *Cauzler Mi-*

PETRI APIANI *von Leynick der Aſtronomei zu Ingolſtadt Ordinar.* Newe vnnd wolgegründte vnderweyſung aller Kauffmanns-Rechnung in dreyen Büchern mit ſchönen Regeln vnd fragſtücken begriffen. Sunderlich was fortt vnnd behendigkait in der welſchen Practica vnd Tollern gebraucht wirdt, desgleychen fürmals wider in Teutzſcher noch in welſcher ſprach nie gedrükt. in 8.

Hic liber, inter rariores PETRI APIANI libros referri meretur. In fine leguntur haec verba: *Gedrukt vnd volendt zu Ingolſtadt durch Georgium Apianum, im Iar nach der geburt Chriſti* 1527. *am* 9. *Tag Auguſti.* Ex quo adparet, quod typographiae priuatae, quae in aedibus Apiani fuit, Georgius, PETRI APIANI frater praefectus fuerit.

APOLOGIAE Reuerendiſſ. & illuſtriſſimorum S. R. Imp. Principum, pro Imper. Henrico IIII. aduerſus Gregorii VII. Papae, Cogn. Hildebrandi, & aliorum criminationes; nunc recenſitae, de integro emendatae, & Auctoribus ſuis reſtitutae, opera Melch. Goldaſti Haiminsfeldii. *Hanouiae 1611.* in 4. pp. 266.

Titulum libri, paullo mutatum, adfert Niceron. Tom. XXIX. *Memoir.* p. 396. *Reuerendiſſ. & illuſtriſſimorum S. R. I. Principum apologiae, pro Domino noſtro Imperatore Henrico IIII. aduerſus Gregorii VII. & aliorum patriae hoſtium, impias ac malignas criminationes, nunc recenſitae, de integro emendatae, auctoribus ſuis reſcriptae, & natalibus reſtitutae. Studio Melchioris Goldaſti Haiminsfeldii. Hanou.* 1611. in 4. Inueniuntur in libro illo, XV. tractatus pro Henrico IIII. tres vero in fauorem Gregorii VII. conſcripti, qui

Praefat. ex editione Edmund. Halleii Oxon. e theatr. Sheldon. 1706. in 8. mai.

PETRI APONENSIS ſiue de APANO vel d'ABANO liber de magia. *Patau. 1509.*

In librorum indice, a PETRO D'APONO, conſcriptorum, apud Niceron. Tom. XXVI. *Memoir.* p. 313. ſqq. librum de magia fruſtra quaeſiuimus, quapropter illum ſeorſum editum eſſe vix credideriimus. Gabriel Naudé *dans l'Apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* p. 389. ſqq. edit. *Paris.* 1625. in 8. tres libros de magia, ſub illius circumferri nomine, ipſum vero PETRVM D'APONO, nullum, hoc titulo, inſignem, ſcripſiſſe confirmat. Scripſit praeterea PETRVS D'APONO *de Venenis, quaeſtiones de febribus, ad Joann. Meſuae de morbis internis curandis librum, προσθήκην, Aſtrolabium planum, Deciſiones phyſionomicas, Geomantiam, & Heptaemeron*, qui libri omnes, rarioribus accenſentur. Editiones illorum diuerſas Niceron. l cit. longa ſerie adtulit. *Problematum Ariſtotelis editio Patauina* an. 1582. illi fuit incognita. Conf. Jõs. Simleri *Bibliotheca Gesner.* p. 552. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1209. qui in vna portarum Praetorii, Patauini, ſtatuae eius lapideae, haec legi ſubſcripta verba ſcribit: *Petrus Aponus Patauinus, Philoſophiae Medicinaeque ſcientiſſimus, ob idque Conciliatoris cognomen adeptus: Aſtrologiae vero adeo peritus, vt in Magiae ſuſpicionem inciderit, falſoque de haereſi poſtulatus, abſolutus fuit.*

Iſtoria delle guerre eſterne de' Romani di APPIANO *Aleſſandrino* tradotta da Aleſſandro Braccio. *In Venezia per Baldaſſar. Coſtantini.* 1545. in 8. Tom. II.

Omnes

Paullum Manutium, *Ar* *F. 1558.* in fol. P. I. fol. 55. P. II. fol. 63. ſi de cationes exceperimus.

Librum, ſi [illegible]erarum ſpectaueris characterem, vix inuenies [illegible]diorem. Dedicauit Partem illius primam F. Commandinus Rainutio Farneſio Cardinali amplissimo, & optimo. Continentur autem I. parte *Archimedis opera*, *de Circuli dimenſione*, *de lineis Spiralibus*, *de quadratura paraboles*, *de Conoidibus & Sphaeroidibus*, *de Arenae numero*, *e graeco, in latinum ſermonem conuerſa*, & figuris elegantiſſime incisis, illuſtrata. II. partem, quae *Eutocii Ascalonitae commentarium, in librum de Circuli dimenſione a F. Commandino in latinam linguam conuerſum*, nec non eiusdem *F. Commandini*, *Commentarios*, *in libros*, *ſupra memoratos*, complectitur, inſcripſit Octauii Farneſii, Parmenſium & Placentinorum Ducis nomine: Quod vero ad verſiones F. Commandini ipſas adtinet, illas longe meliores eſſe iis, quas a Jacobo Cremonenſe, & Dauide Riualto a Flurantia Cenomano, Ludouici, XIII. Conſiliario, habemus, tametſi codice, haud ſatis emendato, vſus fuerit Commandinus, teſtatur J. A. Fabricius in *Bibliotb. Gr.* L. III. c. XXII. p. 547. Conf. *die Merckwürdigkeiten der Koeniglichen Bibliotb. zu Dreszden* T. II. p. 246. Vita Federici Commandini, qui & de aliis, Veterum mathematicorum, Claudii Ptolemaei, Apollonii Pergaei, Pappi Alexandrini, Sereni Antiſſenſis, Euclidis, Ariſtarchi, Heronis Alexandrini, & aliorum, Scriptis, praeclare meritus eſt, a Bernardino Baldi Vrbinate, monaſterii Guardiſtallenſis Abbate expoſita, reperitur Tom. XIX. *Giornal. de'letterati d'Ital'a Venet.* p. 140. ſqq. nec non apud Niceron. Tom. VI. *Memoires* p. 364. ſqq.

PETRI ARCVDII liber de Purgatorio igne, aduerſus Barlaam. gr. & lat. *Rom. 1637.* in 4.

P. ARCV-

manuſcriptam, ſub nomine Lepidi comici. Putauerat reliquias comici cuiusdam, ſe inueniſſe veteris, easque hoc ornauerat titulo: *Lepidi Comici veteris, Philodoxios, fabula ex antiquitate eruta, ab Aldo Manutio, Lucae* 1580 in 8. Alii hanc comoediam Leoni Baptiſt. Alberti tribuunt. Fuit CAROLVS MARSVPPINVS ARETINVS Eloquentiae Profeſſor, & mortuo Leonhardo Bruno Aretino, Cancellarius hinc Secretarius Florentinus. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. X. p. 479. ſqq. Tom. XI. p. 295. ſqq. Iulius Niger de *Scriptoribus Florentinis* p. 119. Niceron. *Memoires* Tom. XXV. p. 197.

IOANNIS TORTELLII ARETINI, Commentariorum de Orthographia dictionum, e graecis, tractarum opus. *Venet. 1471.* in fol.

Hic liber in *Catalogo Bibliothecae Sellianae* rariſſimis adnumeratur. Quod paucis viſus fuerit, teſtantur variae tituli immutationes, quae in doctiſſimorum virorum ſcriptis, paſſim inueniuntur. Paull. Iouius *librum* ARETINI *de poteſtate litterarum*, Trithemius *Commentarium grammaticum*, Volaterranus *Orthographiam*, Gesnerus *commentarios linguae latinae*, Simlerus *commentarios grammaticae*. Hieronym. Magius *Lexicon*, nominant. Vid. Pier. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 300. Supra adductam editionem, tres aliae: *Rom. per Vlricum Gallum, Teutonicum, & Simon. Nicolai Luceruſem* 1471. in fol. *Vicent per Stephan. Koblinger* in fol. *Cum lima Georg. Vallae Venet. per Jo. de Tridino* 1495. in fol. ſecutae ſunt. Vid. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 304. 308. 398. 591. IOANNES TORTELLIVS ARETINVS, litterarum graecarum addiſcendarum cauſſa, iter in Graeciam ſuſceperat, ex quo redux factus, munus Archipresbyteri Aretini obtinuit, quo relicto anno 1445. in aulam Eugenii IV. Romam ſe contulit & in eadem vrbe ſub Nicolao V. 1466. diem obiit.

Praefat. ex editione Edmund. Halleii Oxon. e theatr. Sheldon. 1706. in 8. mai.

PETRI APONENSIS ſiue de APANO vel d'ABANO liber de magia. *Patau. 1509.*

In librorum indice, a PETRO D'APONO, conſcriptorum, apud Niceron. Tom. XXVI. *Memoir.* p. 313. ſqq. librum de magia fruſtra quaeſiuimus, quapropter illum ſeorſum editum eſſe vix credidimus. Gabriel Naudé *dans l'Apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* p. 389. ſqq. edit. *Paris.* 1625. in 8. tres libros de magia, ſub illius circumferri nomine, ipſum vero PETRVM D'APONO, nullum, hoc titulo, inſignem, ſcripſiſſe confirmat. Scripſit praeterea PETRVS D'APONO *de Venenis, quaeſtiones de febribus, ad Joann. Meſuae de morbis internis curandis librum, προσθήκην, Aſtrolabium planum, Deciſiones phyſionomicas, Geomantiam, & Heptaemeron*, qui libri omnes, rarioribus accenſentur. Editiones illorum diuerſas Niceron. l cit. longa ſerie adtulit. *Problematum Ariſtotelis editio Patauina* an. 1582. illi fuit incognita. Conf. Jõs. Simleri *Bibliotheca Gesner.* p. 552. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1209. qui in vna portarum Praetorii, Patauini, ſtatuae eius lapideae, haec legi ſubſcripta verba ſcribit: *Petrus Aponus Patauinus, Philoſophiae Medicinaeque ſcientiſſimus, ob idque Conciliatoris cognomen adeptus: Aſtrologiae vero adeo peritus, vt in Magiae ſuſpicionem inciderit, falſoque de haereſi poſtulatus, abſolutus fuit.*

Iſtoria delle guerre eſterne de' Romani di APPIANO *Aleſſandrino* tradotta da Aleſſandro Braccio. *In Venezia per Baldaſſar. Coſtantini.* 1545. in 8. Tom. II.

Omnes

Paullum Manutium, *Ap. F. 1558.* in fol. P. I. fol. 55. P. II. fol. 63. si de cationes exceperimus.

Librum, si ...rarum spectaueris characterem, vix inuenies ...diorem. Dedicauit Partem illius primam F. ...mmandinus Rainutio Farnesio Cardinali amplissimo, & optimo. Continentur autem I. parte *Archimedis opera*, *de Circuli dimensione*, *de lineis Spiralibus*, *de quadratura paraboles*, *de Conoidibus & Sphaeroidibus*, *de Arenae numero*, *e graeco, in latinum sermonem conuersa*, & figuris elegantissime ...no incisis, illustrata. II. partem, quae *Eutocii Ascalonitae commentarium, in librum de Circuli dimensione a F. Commandino in latinam linguam conuersum*, nec non eiusdem *F. Commandini*, *Commentarios*, *in libros*, *supra memoratos*, complectitur, inscripsit Octauii Farnesii, Parmensium & Placentinorum Ducis nomine: Quod vero ad versiones F. Commandini ipsas adtinet, illas longe meliores esse iis, quas a Jacobo Cremonense, & Dauide Riualto a Flurantia Cenomano, Ludouici, XIII. Consiliario, habemus, tametsi codice, haud satis emendato, vsus fuerit Commandinus, testatur J. A. Fabricius in *Bibliotb. Gr.* L. III. c. XXII. p. 547. Conf. *die Merckwürdigkeiten der Koeniglichen Biblioth. zu Dreszden* T. II. p. 246. Vita Federici Commandini, qui & de aliis, Veterum mathematicorum, Claudii Ptolemaei, Apollonii Pergaei, Pappi Alexandrini, Sereni Antissensis, Euclidis, Aristarchi, Heronis Alexandrini, & aliorum, Scriptis, praeclare meritus est, a Bernardino Baldi Vrbinate, monasterii Guardistallensis Abbate exposita, reperitur Tom. XIX. *Giornal. de'letterati d'Italia Venet.* p. 140. sqq. nec non apud Niceron. Tom. VI. *Memoires* p. 364. sqq.

PETRI ARCVDII liber de Purgatorio igne, aduersus Barlaam. gr. & lat. *Rom. 1637.* in 4.

P. ARCV-

manuſcriptam, ſub nomine Lepidi comici. Putauerat reliquias comici cuiusdam, ſe inueniſſe veteris, easque hoc ornauerat titulo: *Lepidi Comici veteris, Philodoxios, fabula ex antiquitate eruta, ab Aldo Manutio, Lucae* 1580 in 8. Alii hanc comoediam Leoni Baptiſt. Alberti tribuunt. Fuit CAROLVS MARSVPPINVS ARETINVS Eloquentiae Profeſſor, & mortuo Leonhardo Bruno Aretino, Cancellarius hinc Secretarius Florentinus. Vid. *Giornale d'letterati d'Italia* Tom. X. p. 479. ſqq. Tom. XI. p. 295. ſqq. Iulius Niger de *Scriptoribus Florentinis* p. 119. Niceron. *Memoires* Tom. XXV. p. 197.

IOANNIS TORTELLII ARETINI, Commentariorum de Orthographia dictionum, e graecis, tractarum opus. *Venet. 1471.* in fol.

Hic liber in *Catalogo Bibliothecae Sellianae* rariſſimis adnumeratur. Quod paucis viſus fuerit, teſtantur variae tituli immutationes, quae in doctiſſimorum virorum ſcriptis, paſſim inueniuntur. Paull. Iouius *librum* ARETINI *de poteſtate litterarum*, Trithemius *Commentarium grammaticum*, Volaterranus *Orthographiam*, Gesnerus *commentarios linguae latinae*, Simlerus *commentarios grammaticae*. Hieronym. Magius *Lexicon*, nominant. Vid. Pier. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 300. Supra adductam editionem, tres aliae: *Rom. per Vlricum Gallum, Teutonicum, & Simon. Nicolai Luceruſem* 1471. in fol. *Vicent. per Stephan. Koblinger* in fol. *Cum lima Georg. Vallae Venet. per Jo. de Tridino* 1495. in fol. ſecutae ſunt. Vid. Maittaire *Annal. Typogr* Tom. I. p. 304. 308. 398. 591. IOANNES TORTELLIVS ARETINVS, litterarum graecarum addiſcendarum cauſſa, iter in Graeciam ſuſceperat, ex quo redux factus, munus Archipresbyteri Aretini obtinuit, quo relicto anno 1445. in aulam Eugenii IV. Romam ſe contulit & in eadem vrbe ſub Nicolao V. 1466. diem obiit.

La terza & vltima parte de Ragionamenti, del diuino PIETRO ARETINO, nel a quale si contengono due Ragionamenti cioè de le curti, è de giuoco, cosa morale è bella. *appresso Giouanni Andrea del Melagaon. 1589.* in 4.

Vid. Nicolai Baffaei *Collectio, omnium in vnum corpus, librorum, qui in nundinis Francofurtenſibus, ab anno* 1564. *ad annum vsque* 1592. *venales extiterunt.* P. III. p. 61. vbi etiam editio eiusdem anni in 8. a Cl. Vogtio p. 48 adducta, memoratur.

La Puttana errante, overo dialogo di Madalena è Giulia di M. P. ARETINO, cognominato il flagello de Principi, il Veritiro el Diivno. *In Venezia* in 12. p. 48.

Illi editioni, Aloyſiae Sigeae, quae cum titulo: *Joannis Meurſii elegantiae latini Sermonis*, ſine omni loci & anni indicio in 12. prodiit, iſte ARETINI dialogus, hoc titulo adiectus eſt. Gallica verſio, quae titulum praefert *la Putain errante, par* PIERRE ARETINO, *inuenitur dans la Bibliotheque* D'ARETIN de qua, mox plura.

Dialogo di Meſſer PIETRO ARETINO del Giuoco. *Venez. 1545.* in 8.

Hanc dialogi de ludo qui poſtea III. parti *de' Ragionamenti* 1589. in 4 & in 8. adiectus fuit, editionem inuenimus, in Menagianis Tom. III. p. 382.

Capitoli di PIETRO ARETINO, Lodouico Dolce, Franceſco Sanſouino, ê d'altri acutiſſimi ingegni; diretti a gran Signori ſopra diuerſe materie dilettеuole. 1541. in 8.

Haec

Magnum quidem, hac hiſtoria cuius editio, quae *Fulginei* 1470. in fol. & ea, quae *Venet. apud Nicol. Jenſon.* 1471. in fol. prodiit, inter rariſſimos libros, praecipuum quendam obtinet locum, & bibliothecarum ornamentum eſt, ARETINVS, nominis, ſibi comparauerat gloriam. Cum vero fraudulenter egiſſe ARETINVM, & Procopii hiſtoriam graecam, latine a ſe conuerſam, tanquam ingenii ſui monumentum, venditaſſe, inter omnes conſtaret, ARETINVS inter plagiarios relatus eſt. Teſte P. Baile in *Dictionaire* Tom I. p. 301. Chriſtophorus Perſona primus fuit, qui hanc fraudem detexit, ſed Niceron. l. cit. illam laudem Poggio tribuit. Hic enim in *oratione funebri in* LEONARDVM ARETINVM, quae inuenitur, in Baluzii *Miscellan.* Tom. III. p. 252. in *Theſauro Scriptorum Italiae Burmannniano* Tom. VIII. nec non LEONARDI ARETINI *epiſtolis*, a Jo. Alb. Fabricio. *Hamb.* 1724. in 8. editis, praemiſſa, dicit: *Ex Procopio, hiſtoriam Gothorum, quatuor libris complexus eſt.* Defendit vero aliqua ex parte LEON. ARETINVM Apoſtolo Zeno in *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. IX. p. 207. In fine editionis *Fulginenſis* legitur: *Hunc libellum Emilianus de Orſinis Fulginas, & Jo. Numeiſter theutunicus: eiusque ſotii feliciter impreſſerunt Fulginei in domo eiusdem Emiliani Fulginei* 1470. In fine, vero editionis *Jenſonianae* vt catalogus bibliothecae Sellianae, p. 50. teſtatur, haec leguntur verba:

Gallicus hunc librum impreſſit Nicolaus Jenſon
Artifici grates, optime lector habe!

De reliquis editionibus conſule Niceron. *Memoires* l. cit

Vita di Dante, e del Petrarca, ſcritte da LIONARDO ARETINO. *In Firenze all' inſegna della ſtella* 1672. in 12.

Hic liber ab Autore *della notizia de' libri rari, nella lingua italiana*, memoratur p. 99.

La

cuiusque contenta hisce exponit verbis: *In questa editione si contengono le seguenti opere, cioè: La prima è seconda parte de i Ragionamenti, con quello del Zoppino; e poi il Commento di Ser Agresto da Ficaruolo (cioè il Caro) sopra la prima ficata del Padre Siceo, con la diceria de' Nasi; ed in fine la Puttana errante, (racconto molto indecente del medesimo Aretino.*

Dialogo di Messer PIETRO ARETINO, nel quale, la Nanna il primo Giorno insegna a la Pippa sua figliuola ad esser Puttana. Nel secondo la Nanna racconta a la Pippa i tradimenti, che fanno gli huomini a le meschine, che gli credono. Nel terzo e vltimo, la Nanna, e la Pippa, sedendo ne l'horto, ascoltano la Comare, e la Balia, le quali ragionano de la Ruffiania. *In Turino 1536.* in 8.

Ignorare nos fatemur, an Ferdinandus Xuaresius Hispanus, hos dialogos, qui dialogorum, quos Itali Ragionamenti, vocare solent, nostrae editionis an. 1584. secundam constituunt partem, in linguam, vt Cl. Vogtius, quidem p. 48. prodit, converterit hispanicam: vnicum tantummodo, quod nos quidem sciamus colloquium, tertium scilicet, e prima parte, cuius ab initio, in nostra editione p. 128. haec verba leguntur: *Comincia la Terza & vltima giornata de capricciosi Ragionamenti de l' Aretino. Ne la quale la Nanna racconta a l' Antonia la vita de le Puttane*, Xuaresius, in linguam hispanicam transtulit, ea, quae paullo obscoeniora illi videbantur, vel omisit, vel verbis honestioribus exposuit, & nomen Nannae, quod, in Italico idiomate inuenitur, in Lucretiam mutauit. In *Catalogo Bibliotb. Hulsianae* P. IIII. p. 577. reperitur *Dialogo del D.* PIETRO ARETINO *che sopra la falsità, rubarie, tradimenti, e fatuchiarie, ch' vsano le corteggiane, per ingan-*

gens perdus de debauche, que de perſonnes raiſonnables. La religion d' ailleurs n'y eſt gueres menagée. Qui pourra par exemple entendre ſans indignation, faire cette priere à Calixte, qui envoie Sempronio, ſon valet, chercher une vieille femme, pour corrompre celle, dont il a fait ſa maitreſſe. Dieu éternel, & tout puiſſant, qui étés le conducteur des égarés, qui avés conduit à Bethleem trois Rois d' Orient, par le moien d' une étoile, & qui les avés ramené dans leur pais. Ie Vous prie de ſervir de guide, à mon Sempronio, a fin, que ma peine, & ma triſteſſe ſoit changée en joie, & de donner, encore que j' en ſois indigne, une bonne iſſue à mes deſirs. Quod ad gallicam verſionem, dialogi, cuius cl. Vogtius l. cit. mentionem facit, adtinet, illa etiam vnicum tantummodo colloquium, & illud quidem, cuius iam mentionem fecimus, complectitur, eumque, vt ex noſtra quidem editione patet, prae ſe fert titulum: *Dialogue de l' ARETIN, ou les vies & faits de Lais, & Lamia Courtiſanes de Rome ſont deduites. Traduict d' Italien en françois* ſine loci & anni indicio in 12. pp. 102. Sine dubio eadem verſio eſt, quae mutato prodiit titulo: *Le miroir des Courtiſans, ou ſont introduites deux Courtiſanes, par l' une deſquelles ſe deſcouvrent pluſieurs tours, fraudes & trahiſons, qui iournellement ſe commettent. Fait en dialogue par* PIERRE ARETIN. *A Lyon* 1580. in 8.

Commento di Ser Agreſto da Ficaruolo, ſopra la prima ficata, del padre Siceo, con la diceria de Naſi. 1538. in 8.

Haec editio, quae in Appendice *Bibliothecae Sellianae* p. 67. memoratur, Auctori *della notizia de' libri rari nella lingua Italiana*, incognita fuit. Aliam an. 1540. in 8. inuenimus in P. IIII. *Catalog. Bibliothecae Hulſeanae* p. 578.

La

Haec editio in indice operum Franciſci Sansouini apud Niceron. Tom. XXII. *Memoir.* p. 80. primum occupat locum.

La cortigiana Comedia da P. ARETINO. *in Milano 1553.* in 8.

Vid. *Catalog. Bibliothec. Hulſian.* P. III. p. 578. Hanc vero comoediam, cum Vergerio, qui adſcito nomine *Athanaſii*, *Catalogum Haereticorum* conſcripſit, Bernardo Cardinali Bibiena, ſed perperam tribuit. Jo. Daniel Ianozki in *der Nachricht von raren Polniſchen Büchern, in der Zaluskiſchen Bibliothec.* P. II. p. 74.

Quattro comedie del diuino PIETRO ARETINO cioè il Maresçalco, la Talanta, la Cortegiana, l' Ipocrito, nouellamente ritornate per mezzo, della ſtampa a luce, a requeſta de cono'çitori del lor valore. 1589. in 4.

Vid. Nicolai Baſſaci *Collectio omnium in vnum corpus librorum* &c. P. III. p. 44.

Dubbi Amoroſi di Meſſer PIETRO ARETINO.

In *Catalogo Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 628. extat liber *de cento dubbi Amoroſi di Hieronymo Vida. Padoua* 1621. in 4. Forte is liber, qui Vidae adſcribitur, idem eſt, quem teſte Cl. Vogtio p. 52. Io. Maria Mazzuchelli, ARETINI nomen mentiri docet. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. XXVIII. p. 409.

Del primo libro, delle lettere di PIETRO ARETINO. *in Venezia per Franciſc. Marcolini,* da Forli 1537. in fol.

Haec

Orlando furioſo di LOD. ARIOSTO. *In Venezia per il Giolito di Ferrara 1546.* con fig. in 4.

Il medeſimo *in Venez. per Vincenz. Valgriſi 1562.* in 4. form. mai. con fig.

Il medeſimo *in Venez. per Giov. Variſco 1566.* in 4. form. mai. con fig.

Habes editiones, quae raritate, priorem aequant. De prima Nic. Fr. Haym l. cit. p. 113. ſcriplit: *Ve ne ſono ancora molte edizioni del Giolito* 1542. 1546, & 1555. *in 4to, ove ſono i 5. Canti che in alcune edizioni non ſono, e le ſtanze in lode dell' Ariſto ed amoroſe di Luigi Gonzaga detto Rodamonte che ſono belliſſime.* Duae vero poſteriores, etſi omnes editiones ſtudioſe conquiſiuit, ignotae illi fuerunt. Vid. *Catalog. Biblioth. Sellianae* in App. p. 22.

ARISTOFANE, le Commedie, tradotte di Greco, nella lingua commune d'Italia da Bartolomeo e Pietro Roſitini, da Prato Alboino. *In Venezia per Vincenz. Valgriſi 1545.* in 8.

Etſi quidem haec verſio I. A Fabricio haud fuit incognita, illam tamen rariorem eſſe patet, e *Catalog. Biblioth. Sellian.* in Append. p. 69. & e Nicol. Fr. Haym *notizia de' libri rari* p. 152. Conf. Scip. Maffei *Traduttori Italiani* p. 35.

ARISTOPHANIS Comoediae nouem, Plutus, Ranae, Acharnes, Aues, Contionantes, Nebulae, Equites, Veſpae, Pax. *Impreſſ. Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae,* anno a natiuitate 515. ſupra mille menſe Sept. Leone Decimo pontifice, in 8. fol. 246.

In

niuntur heic, quatuor tantum ARISTOTELIS libri I. *de generatione & interitu libri II.* In epistola dedicatoria ad Leonem X. dicit, quod animus illi fuerit, opera Aristotelis, quae, e graeco, in latinum, transtulerit sermonem, illi offerre, cum Bononiae Franciscum primum, Galliae regem salutaret, sed morbo grauiore impeditus, id differre paululum coactus fuerit: II. *Meteororum Libri IIII.* His, epistola ad Antonium du Prat, Galliae Cancellarium, praemissa est, vbi narrat, quod hortatu Ioannis du Pin Tolosani, Regis Galliae ad Venetos legati, viri liuiguae graecae peritissimi, hunc susceperit laborem. III. *De mundo*, quem Frederico Gonzagae, Mantuae Duci dedicauit. Incertus in epistola dedicatoria est, vtrum Theophrastus, an ARISTOTELIS libri sit autor. IIII. *De animalibus Libri X. posteriores*, vulgo dicti, *parua naturalia.* Octauii Fregozae, Genuensium Principis, nomini, liber consecratus est. Hisce omnibus Vita Aristoteliis per Io. Philoponum, & epistola Alcyonii, ad Hieronymum Negri Venetum, Canonicum Patauinum, subiuncta conspicitur. Plures quidem versionum Alcyonii extant editiones, haec vero omnium rarissima est, & I. A. Fabricio, aliisque qui de ARISTOTELE, & Alcyonio, commentati sunt, quid? quod ipsi Maittairio incognita fuit. Petrus Alcyonius vero, multorum hac versione, eruditorum, sibi contraxerat inuidiam. Eminet inter illos, Ioannes Genesius Sepulueda, Cordubensis Hispanus, qui nonsolum eosdem ARISTOTELIS libros latine edidit, in quibus Alcyonium, dedita quasi opera exagitat; sed librum quoque in lucem emisit, hoc titulo: *Errata Petri Alcyonii, in interpretatione* ARISTOTELIS, *a Io. Genesio Sepulueda collecta.* de quo infra, plura. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia*, an. 1710. Tom. III. p. 73. Conf. quoque P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 142. Niceron *Memoires* Tom. VI. p. 150. sqq. Tom. XXIII. p. 346. sqq. Iof. Simleri *Bibliotb. Gesner.* p. 371. 550.

La

In *Bibliotheca Dalmanniana* p. 271. haec Ariſtotelis poetica, rariſſimis libris accenſetur.

ARNVLFI *Epiſcopi Lexouienſis* epiſtolae, primum editae e bibliotheca Odonis Turnebi. *Pariſ. apud Io. Richerium, 1585.* in 8.

Non ſolum epiſtolae, ſed etiam conciones, & epigrammata quaedam in hoc libro inueniuntur. Vno haec omnia faſce collecta, nunquam fuerunt recuſa, exſtant vero in *bibliotheca Patrum Colonienſi* Tom. XII. & in *Lugdunenſi* Tom. XXII. p. 1305. ſqq. Guilielm. Caueo haec Pariſienſis editio incognita fuit. Secutus fuerat ARNVLFVS an. 1147. Ludouicum VII. Regem Galliae in Palaeſtinam, & inde redux, magni momenti negotiis tractandis, tum in Gallia, tum in Anglia, Pontificis legatus, adhibitus fuit. Vid. Fratrum Sammarthan. Tom. II. *Galliae Chriſtianae* p. 648. ſqq. *Apologie d' Arnoul Eveque de Lizieux par Mſr. de Brancas dans les Memoires de Trevoux* 1725. p. 1619.

ARRIANO *di Nicomedia, chiamato nuovo Senofonte*, dei fatti del Magno Aleſſandro Re di Macedonia, nuovamente di greco tradotto in Italiano da Pietro Lauro Modoneſe. *In Venez. per Michel Tramezzino 1544.* in 8. pp. 358.

Io. Albert. Fabricius quidem L. IIII. *Biblioth. Gr.* c. VIII. p. 275. ſcripſit: *Italicam verſionem librorum* ARRIANI *de expeditione Alexandri M. vidi in* 8. qualem vero viderit, ex illius verbis non liquet. Iſtam Petri Lauri Peruſini verſionem, quae in *Collana*, vt ab Italis vocari ſolet *Greca*, occupat locum, Nicol. Franceſc. Haym *nella notizia de' libri rari* p. 16. inter libros rariores refert. Auguſtino Oldoino illa incognita fuit. Nam in *Athenaeo Auguſto* p. 277. *Artemi-*

mtum, a Petro Lauro in ſermonem Etru-
nerſi, *Venet.* 1547. in 8. editi meminit.
p. Maffei *Traduttori Italiani* p. 37.

ASTERII *Ictti*, deploratio pacis
, ſiue diſſertatio de pace Pragenſi,
, quam iniuſte inita Pragae Bohemo-
a qua artes & technae Auſtriacorum,
axonum, pericula proteſtantium, &
lli, a Francis, & Suecis, iure prolati,
ne oſtenditur. *Lutet. Pariſior. Sum-*
tibus Cramoiſy 1636. in fol.

e & perrara Opuſculi eſt editio. Germa-
, ſed aliqua ex parte mutilum prodiit
. Conf. Vincent. Placcii *theatr. Pſeudony-*
. ſqq. vbi Scripta huic ASTERII libello
ecenſentur. In eo vero errat Placcius,
um 1639. prodiiſſe, & pacem Pragenſem
ipoſitam eſſe ſcribit. Eiusdem ASTERII
Ratisbonenſium, *Hanoviae* 1637.
e in folio prodiit.

AGORA *Ateniese Filoſofo Criſtiano*,
razione de morti, con un Orazione
ità di Criſto, tradotto da Girolamo
Venezia per Aldo Manuzio 1556. in 4.

mus Falettus, ſeu Phalettus Trignani co-
ia Sauonenſis, in toga pariter & ſago in-
Louanium vrbem, cum litterarum ſtu-
et, contra Gallorum impetum, inter
rriter defendit, & poſtea Herculis IIII.
Principis legatus, nonnullas Principum
. Filia eius Lauinia Faletti, in catalogis
m eruditarum, locum tenet. De rarita-
MAGORAE, in vulgarem linguam, ab il-

In *Bibliotheca Dalmanniana* p. 271. haec Ariſtotelis poetica, rariſſimis libris accenſetur.

ARNVLFI *Epiſcopi Lexouienſis* epiſtolae, primum editae e bibliotheca Odonis Turnebi. *Pariſ. apud Io. Richerium, 1585.* in 8.

Nonſolum epiſtolae, ſed etiam conciones, & epigrammata quaedam in hoc libro inueniuntur. Vno haec omnia faſce collecta, nunquam fuerunt recuſa, exſtant vero in *bibliotheca Patrum Colonienſi* Tom. XII. & in *Lugdunenſi* Tom. XXII. p. 1305. ſqq. Guilielm. Caueo haec Pariſienſis editio incognita fuit. Secutus fuerat ARNVLFVS an. 1147. Ludouicum VII. Regem Galliae in Palaeſtinam, & inde redux, magni momenti negotiis tractandis, tum in Gallia, tum in Anglia, Pontificis legatus, adhibitus fuit. Vid. Fratrum Sammarthan. Tom. II. *Galliae Chriſtianae* p. 648. ſqq. *Apologie d' Arnoul Eveque de Lizieux par Mſr. de Brancas dans les Memoires de Trevoux* 1725. p. 1619.

ARRIANO *di Nicomedia, chiamato nuovo Senofonte*, dei fatti del Magno Aleſſandro Re di Macedonia, nuovamente di greco tradotto in Italiano da Pietro Lauro Modoneſe. *In Venez. per Michel Tramezzino 1544.* in 8. pp. 358.

Io. Albert. Fabricius quidem L. IIII. *Biblioth. Gr.* c. VIII. p. 275. ſcripſit: *Italicam verſionem librorum* ARRIANI *de expeditione Alexandri M. vidi in* 8. qualem vero viderit, ex illius verbis non liquet. Iſtam Petri Lauri Peruſini verſionem, quae in *Collana*, vt ab Italis vocari ſolet *Greca*, occupat locum, Nicol. Franceſc. Haym *nella notizia de' libri rari* p. 10. inter libros rariores refert. Auguſtino Oldoino illa incognita fuit. Nam in *Athenaeo Auguſto* p. 277. *Artemi-*

596. Conf. Iacob. Bruckeri vita AVENTINI, in *Ehrentempel Deutſcher Gelehrten* Decur. III. p. 88. not. X.

ANTONII AVGVSTINI Commentarius de nominibus propriis τῶ πανδέκτᾳ Florentini. *Tarracon. ap. Phil. Mey 1579.* in fol.

Vid. Niceron. Tom. VIIII. *Memoir.* qui p. 69 de illo Commentario ſcribit: *Ce Livre, qui eſt eſtimé, eſt extrêmement rare. Il fut pouſſé à la vente de la Bibliotheque de Mſr. Colbert juſqu'à 120. livres.* Recuſus liber fuit *Barcinone* an. 1592. Andreas autem Schottus ſine dubio errat, cum L. V. *Obſeruationum humanarum* Cap. XXXIII. p. 251. *edit. Wechel.* 1615. in 4. mai. ſcribit: ANTONIVS AVGVSTINVS. *Pandectas Florentinos (ſic enim maſc. non ſequiore genere appellandos Indice nominum propriorum Ilerdae edito priden docuit) diligenter cum Laelio Taurello*, &c. *conſulit.*

ANTONII AVGVSTINI Dialogos de Medallas, inſcriciones y otras antiguedades. In *Tarragona ap. Felipp. Mey 1575.* in 4. iterum *ibid. apud eund. 1587.* in 4.

Poſterior editio, non in 8. vt apud Cl. Vogtium legimus, ſed in forma quarta in lucem emiſſa fuit. Altera verſionum italicarum, cuius Cl. Vogtius l. meminit citato, teſte Niceron. l. cit. p. 72. hoc inſignis eſt titulo: *I Diſcorſi de S. Don* ANTONIO AGOSTINI *ſopra le medaglie & altre anticaglie con molti ritratti di belle e rare medaglie. In Venez.* in 4. Conf. *Catalog. Biblioth. Hulſian.* P. II. p. 413.

ANTON. AVGVSTINI Dialogorum XL. de emendatione Gratiani libri duo. *Tarracon.* 1586. in 4.

Hanc

ter rariores libros, hoc loco adducatur. Autor Antuerpiensis, & Doctor Louaniensis medicus fuit. Epigrammata XXCVIIII. saepenumero, mensuram Epigrammatis excedunt. Illius autem rei rationem, in epigrammate reddit, quo lectorem autor sic compellat:

Qui nos esse minus breues queretur:
Nec satis pro epigrammatis facetos
Attendat, medica esse, quae hic canuntur
Et Galenica, non Catulliana.

E dedicatione ad Antonium Perenottum, Cardinalem Granuellanum, adparet, quod AYALA etiam *carmen, pro vera arte medica*, & *de morbo & lue pestilenti, elegiarum librum vnum* exarauerit. In *lexico* Menckeniano, & Ioecheriano *eruditorum*, mendum irrepsisse videtur, vbi e duobus AYALAE libris, vnus factus est; cum Autor *popularia epigrammata de lue pestilenti* scripsisse perhibetur.

B.

IOANNIS BAAZII *Senioris* Inuentarium ecclesiae Sueo-Gothorum continens integram historiam Ecclesiae Suecicae libris VIII. descriptam, incipiendo a vetustate, & religione huius gentis, in Scandia primo residentis: quando & qua occasione sit facta illius conuersio ab Ethnicismo ad christianam fidem, & perducendo seriem huius ecclesiae, per quamlibet illius fortunam, vsque ad praesentem annum Christi 1642. Opus elaboratum Mandato & spec priuilegio S. R. M. Suec. *Lincopiae excudebat Christoph. Günther. 1642.* in 4. pp. 842.

Autor initio Pastor, & Praepositus Ioncopiae (Joencoeping) in Gothia Australi, & deinde episcopus We-

Hanc editionem Niceron. l. cit. inter rariores ANT. AVGVSTINI libros refert. Adponemus ipſa illius verba: *Cet Ouvrage eſt le plus conſiderable de ceux qu'* AVGVSTIN *a faits, ſur le Droit canon, il eſt d'un travail prodigieux, d'une exactitude merveilleuſe, & d'une tres grande utilité. Il etoit extremement rare, c'eſt ce qui a engagé Mſr. Baluze à en donner une nouvelle edition Paris 1672. in 8. beaucoup plus belle, & plus correcte, que les deux precedentes avec des ſavantes notes.* Gerardus van Maſtricht edidit hunc librum *Duisburg.* 1677. in 8.

IAQVES D'AVTVN l'incredulité ſavante, & la Credulité ignorante: au ſujet des magiciens, & des ſorciers. Avecque la reponſe à un livre intitulé Apologie pour tous les grands Perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnés de Magie, *à Lyon, chez Iean Certe, rüe Merciere, à l'image de la Trinité* 1674. in 4.

Hunc librum vir celeb. Eberhard Dauid Hauber. Tom. I. *Bibliothecae Magicae* p. 637. inter libros rariores refert. Autor Ordini Capucinorum adſcriptus, *in* prima parte libri demonſtrat, quod magi & venefici omnino inuenlantur. In ſecunda exponit, qua ratione ii cognoſcantur. In tertia parte, haud iniuria, eos puniri confirmat. Vberiorem recenſionem vid. ap. Hauberum l. cit.

Popularia epigrammata medica, ad reuerendiſsimum ac illuſtriſsimum Cardinalem Granuellanum, *Authore* GABRIEL AYALA, *Doctore Medico. Antuerp. ex officina Guil. Syluii, typographi Regii,* 1562. in 4. fol. 41.

Liber, quod nos quidem ſciamus, nunquam denuo editus fuit, quae cauſſa eſt, quam ob rem, inter

anno 1680, vt idem Fabricius in *Conſpectu theſauri litterarii Italiae* p. 177. ſcribit, ſed *Bononiae* 1691. a BACCHINO, latino ſermone conſcriptus, euulgatus fuit. Acceperat illum in itinere ſuo Italico, Iacobus Tollius a Gaudentio Roberto, eiusque nouam, adiectis adnotationibus, & diſſertatione de Siſtrorum figuris, dedit editionem *Traiect. ad Rhen.* 1696. in 4. Inſerta haec omnia, nunc inueniuntur Io. Georg. Graeuii Tom. VI. *Theſaur. Antiquitat. Romanar.* p. 409. ſqq.

ANDREAE BACCII, *Elpidiani, Medici, atque philoſophi, Ciuis Romani*, de naturali vinorum hiſtoria, de vinis Italiae, & de conuiuiis antiquorum libri VII. Accesſit de factitiis, ac cereuiſiis, deque Rheni, Galliae, Hiſpaniae, & de totius Europae vinis, & de omni vinorum vſu, compendiaria tractatio. *Romae 1597.* in fol. cum fig. aeneis.

Secunda haec eſt editio libri, qui cum adplauſu acceptus fuit, iis temporibus; id quod, tres editiones teſtantur, quae intra trium annorum ſpatium, in lucem prodierunt. Cl. Vogtio, & forte etiam Autori *der Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliothec zu Dr.* incognita. Haec fuit editio, cum vterque trium tantummodo editionum mentionem faciunt, quibus recentior *Francofurtana* 1607. a Cl. Vogtio memorata, addi debet. Vtrum illa editione, cuius vberior recenſio in allegatis *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* inuenitur, de vinis Hiſpanicis mentionem fecerit, an haec acceſſio, primum in noſtra editione facta ſit, nos quidem ignoramus. Librum huius operis quartum, de Veterum conuiuiis, quo inter alia, conuiuii Didonis Virgilianam explicat deſcriptionem L. I. Aen. & Homerum, etiam a Virgilio, in deſcriptione conuiuii ſuperatum eſſe, contendit, auctiorem poſtea, & in libros V. diſtinctum,

anno 1680, vt idem Fabricius in *Conſpectu theſauri litterarii Italiae* p. 177. ſcribit, ſed *Bononiae* 1691. a BACCHINO, latino ſermone conſcriptus, euulgatus fuit. Acceperat illum in itinere ſuo Italico, Iacobus Tollius a Gaudentio Roberto, eiusque nouam, adiectis adnotationibus, & diſſertatione de Siſtrorum figuris, dedit editionem *Traiect. ad Rhen.* 1696. in 4. Inſerta haec omnia, nunc inueniuntur Io. Georg. Graeuii Tom. VI. *Theſaur. Antiquitat. Romanar.* p. 409. ſqq.

ANDREAE BACCII, *Elpidiani, Medici, atque philoſophi, Ciuis Romani*, de naturali vinorum hiſtoria, de vinis Italiae, & de conuiuiis antiquorum libri VII. Accesſit de factitiis, ac cereuiſiis, deque Rheni, Galliae, Hiſpaniae, & de totius Europae vinis, & de omni vinorum vſu, compendiaria tractatio. *Romae 1597.* in fol. cum fig. aeneis.

Secunda haec eſt editio libri, qui cum adplauſu acceptus fuit, iis temporibus; id quod, tres editiones teſtantur, quae intra trium annorum ſpatium, in lucem prodierunt. Cl. Vogtio, & forte etiam Autori *der Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliothec zu Dr.* incognita. Haec fuit editio, cum vterque trium tantummodo editionum mentionem faciunt, quibus recentior *Francofurtana* 1607. a Cl. Vogtio memorata, addi debet. Vtrum illa editione, cuius vberior recenſio in allegatis *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibliorb. zu Dr.* inuenitur, de vinis Hiſpanicis mentionem fecerit, an haec acceſſio, primum in noſtra editione facta ſit, nos quidem ignoramus. Librum huius operis quartum, de Veterum conuiuiis, quo inter alia, conuiuii Didonis Virgilianam explicat deſcriptionem L. I. Aen. & Homerum, etiam a Virgilio, in deſcriptione conuiuii ſuperatum eſſe, contendit, auctiorem poſtea, & in libros V. diſtinctum,

Liber iſte, cuius autor p. 512. ſub hiſce litteris, T. S. I. H. L. H. S. T. L. P. V. T. nomen ſuum occultavit, in *Nov-Antiquis* anni 1727. p. 716. dicitur: *ein wol und koſtbares Buch.*

Les Saintes metamorphoſes, ou les changemens miraculeux de quelques grands Saints, tirés de leurs vies, par J. BAVDOIN, Paris, 1644. in 4 cum fig.

Auctor huic libro IOANNIS BALDVINI eſt, qui duodecim ſermones, de totidem Sanctis Romanae eccleſiae complectitur. Liber eiusmodi typis exſcriptus eſt, quos Galli *la fineziere* vocant.

MARCI BAVRIAE defenſio poteſtatis Apoſtolicae. *Ferrar. 1521.* in 4.

Derisitae libri, Collectores *Nov-Antiquorum* ann. 1702. p. 401. ita ſcribunt: *Die Schriften ſo bey dem Anfang der Reformation, wider Lutherum geſchrieben worden, ſind ſehr rar; dieſe iſt aber eine der ſeltſamſten.* Autor fuit monachus Ordinis S. Auguſtini, & Theologiae doctor. Libri eius ob doctrinae nouitatem ſuſpecti curiae Romanae, & in indicem librorum prohibitorum, relati fuerant, quo factum, vt hanc defenſionem de poteſtate Pontificis, contra Lutherum, conſcriberet, vt cum pontifice in gratiam rediret.

HENRICI BEBELII triumphus Veneris.

Vid. *Cl. Vogtii Catalog. libr. rar.* p. 77. I. A. Fabricius L. II. *Bibliotb. med. & inf. lat.* p. 492. librum illum *Tubingae* excuſum fuiſſe ſcribit, id quod confirmat loſias Simlerus in *Bibliotheca Gesneriana.* p. 272. qui Triumphum Veneris, vna cum eiusdem Bebelii inſtitutione puerorum *Tubingae* impreſſum eſſe memorat.

Canto XI. compoſti dal BANDELLO, delle Lodi della Signora Lucrezia Gonzaga, di Gazuolo, e del vero amore, col tempio di Pudicizia, e con altre coſe per dentro Poeticamente deſcritte, in 8. *ſine loci & anni indicio.*

Le tre Parche da eſſo BANDELLO Cantate nella natività del Sigr. Giano Primogenito del Signor Ceſare Fregoſo, e della Signora Goſtanza Rangona ſua conſorte, in 8. *ſine loci & anni indicio.*

De rariſſimis MATTHAEI BANDELLI libris, qui in *Catalogo Bibliothec. L. B. de Hohendorf* P. III. p. 159. n. 2134. *Guiennae* 1545. in 8. prodiiſſe dicuntur, & inprimis de poſteriore, apud Nicol. Franc. Haym *nella notizia de' libri rari* p. 121. haec leguntur. *Queſto rariſſimo libro tutto in Ottava Rima, contiene ambi due queſti Poemi, e nella dedica vien' chiamato* MATTEO BANDELLO; *che egli non foſſe l'iſteſſo che l'autore delle Novelle, ſi veda nell' Articolo delle Proſe dove ſi parla delle Novelle, del* BANDELLO. Lucretia Gonzaga, MATTHAEI BANDELLI diſcipula fuit. Vid. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 435. & Tom. II. p. 1281. vbi ſcribit, quod BANDELLVS Nouellam XXI. Partis I. illi dedicauerit. In *Catalogo Bibliothecae Heinſianae*, P. II. p. 200, vt Baile Tom. I. p. 435. teſtatur, editio *de' XI. Canto* &c. *dal* BANDELLO impreſſ. *Agen.* 1545. in 8. extat.

MAPHAEI *Cardinalis* BARBERINI, poſtea Vrbani VIII. Papae Poemata. *Pariſ. e typogr. Regia*, 1642. in fol. chart. max.

Splendidiſſimum hoc opus, in Germaniae bibliothecis rariſſime inuenitur.

HIE-

omposti dal BANDELLO, delle
nora Lucrezia Gonzaga, di Gazuo-
amore, col tempio di Pudicizia,
ole per dentro Poeticamente descrit-
loci & anni indicio.
arche da esso BANDELLO Cantate
ità del Sigr. Giano Primogenito del
are Fregoso, e della Signora Gostanza
ua consorte, in 8. *sine loci & anni in-*

issimis MATTHAEI BANDELLI libris, qui
alogo Bibliorbec. L. B. de Hobendorf P. III. p. 159.
34. Guiennae 1545. in 8. prodisse dicuntur, &
mis de posteriore, apud Nicol. Franc. Haym
notizia de' libri rari p. 121. haec leguntur. Que-
arissimo libro tutto in Ottava Rima, contiene ambi
questi Poemi, e nella dedica vien' chiamato MAT-
O BANDELLO; che egli non fosse l'istesso che l'autore
lle Novelle, si veda nell' Articolo delle Prose dove si par-
delle Novelle, del BANDELLO. Lucretia Gonzaga,
MATTHAEI BANDELLI discipula fuit. Vid. P. Baile
Dictionaire Tom. I. p. 435. & Tom. II. p. 1281. vbi
scribit, quod BANDELLVS Nouellam XXI. Partis I.
illi dedicauerit. In *Catalogo Bibliorbecae Heinsianae*,
P. II. p. 200, vt Baile Tom. I. p. 435. testatur, edi-
tio de' XI. *Canto* &c. *dal* BANDELLO impress. *Agen.*
1545. in 8. extat.

MAPHAEI *Cardinalis* BARBERINI, postea Vr-
bani VIII. Papae Poemata. *Paris. e typogr. Regia,*
1642. in fol. chart. max.

Splendidissimum hoc opus, in Germaniae bibliothe-
cis rarissime inuenitur.

HIE-

de grands chemins de l'empire Romaine, co
nant l'origine, le progrès, & l'etenduë des
mins militaires, pavez depuis la ville de Ro
jusqu' aux extremités de ſon empire. *Paris,*
in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 79. Ex quo
tempore, recentior, eaque ſplendidior,
operis editio prodiit cum tit. *Hiſtoire des grands*
mins de l'empire Romain, contenant l'Origine, pr
& etenduë quaſi incroyable des Chemins militaires, p
depuis la ville de Rome, jusques aux extremitez de ſo
pire. Où ſe voit la grandeur & la puiſſance incroy
des Romains; enſemble l'eclairciſſement de l'itinerai
Antonin, & de la carte de Peutinger par N. BERGI
à Bruxelles, 1728. nec non ibidem 1736. II. Tom
4. Plurimorum manibus verſari coepit liber,
olim rarioribus accenſebatur. Praeter latinam
ric. Chriſt. Henninii, non Henningii, vt Cl. Vo

ROBERTI BARNESII *Nordouicenſis*, Liber de vitis Pontificum Rom. *Viteb. apud Ioſeph. Klug*, 1536. in 8.

Hunc libellum teſte Gerdeſio in *florileg.* p. 29. rariſſime inueniri, ſcribit Ill. Seckendorfius in Indice III. ad Comm. de *Hiſtor. Lutheraniſmi* ad A. 1536. adeo vt pro deperdito haberi poſſit. Sed recuſus fuit cum Io. Balei *vitis Pontificum*, & I. M. Lydii *continuatione*, quae ad Paullum vsque V. perducta fuit, *Lugd. Bat.* 1615. in 8. cum tit. *Scriptores duo Anglici coaetanei de Vitis Romanorum Pontificum*, *videlicet* ROBERT. BARNS *& Ioan. Baleus*, *quos e tenebris vindicauit & continuauit ad Paullum V. Ioan. Martini Lydius.* Vixit ROBERTVS BARNES Profeſſor Theologiae, & Henrici VIII. Angliae Regis, Capellanus, Seculo XVI. & admodum miſera morte periit. Cum enim Lutheranorum Sacris faueret, & contra Epiſcopum Gardinerium ſcriberet, curiae Anglicanae iuſſu combuſtus fuit. Vid. Ioſ. Simleri *Biblioth. Gesner.* p. 604. Baile Dictionaire Tom. I. p. 453. ſqq.

CAESARIS BARONII Martyrologium Romanum, *Rom. 1586.* in fol. *Venet. 1587.* in 4. *Venet. 1597.* in 4. *Antverp. 1589.* in fol.

De editionum quas heic adduximus, raritate vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 73. Primus vero lepidum in his editionibus errorem de Sancta Xynoride obſeruauerat amicus BARONII, Nicol. le Fevre, Ludouici XIII. Praeceptor, qui multa documenta, ad editionem Annal. Eccles. ſpectantia, cum illo communicauerat. Vid. Niceron. Tom. XXVII. *Memoir.* p. 302. qui & alios errores, in his editionibus occurrere ſcribit. De rariſſima verſione Arabica, epitomes Annalium Baronii, a Franciſco Brietio Rhedonenſe Capucino, in partibus Orientis, Syriae, & Palaeſtinae, Miſſionario Apoſtolico, *Rom.* ab anno

1653. ad ann. vsque 1671. IIII. Tomis in 4. edita vid. *die Merckwürdigk. der Kercngl. Bibliotb. zu Dr. Tom.* III. p 296. I. A Fabricii *bibliotb. Gr.* L. VI. Cap. 4. p. 168 cui tamen tres tantummodo Tomi cogniti fuerunt.

CAESARIS *Cardinalis* BARONII tractatus de Monarchia Siciliae. Accesſit Aſcanii Cardinalis Columnae de eodem tractatu iudicium. Cum eiusdem Cardinalis Baronii reſponſione apologetica aduerſus Cardinalem Columnam, & epiſtola ad Philippum III Regem Hiſpaniae. *Pariſiis, ap. Hadrian. Beys, 1609.* in 8. mai. pp. 239.

Cum CAESAR BARONIVS iuſſu Clementis IIX. Pontificis, de Monarchia Siciliae, qua Pontificis iura, in hoc regnum defendebat, conſcriberet tractationem, illamque Tom. XI. Annalium inſereret, tanta in Hiſpania, & Sicilia, animorum exoria eſt exacerbatio, vt integer Tomus Annalium XI prohiberetur. Quare euenit, vt haec tractationis illius, prodiret editio, illique tria alia, ad hanc controuerſiam, ſcripta ſpectantia, quorum in libri titulo, iam mentio facta eſt, adiicerentur. Recenſetur liber prolixius in *den Nachrichten von einer Hälliſchen Bibliothec* Tom. III. p. 503. ſqq. vbi etiam a raritate commendatur. Inueniuntur etiam nonnulla de de hac controuerſia, in Hieronymi Barnabei *Purpura Sancta, ſiu vita Purpuratι S. R. E. Principis,* CAESARIS BARONII p. 115. ſqq. 184. ſqq. edit. quam Gregorius Friz *Viennae Auſtriae* 1718. in 8. in lucem emiſit. Epiſtolam CAESARIS BARONII Cardinal. ad Philippum III. Hiſpaniae regem, Schellhornius nuper inſeruit *Miſcellaneis Lipſienſibus Nouis* Tom. III. P. IIII. p. 670. ſqq. vbi illam primum luci expoſitam eſſe, a Ioachimo Morſio, Hamburgenſi, *Lugduni Batau.* 1619. in 4. ſcribit, id quod animus, quo illa,

lippus IIII. Hiſpaniae rex, a Louis a Suarez, vidua Hieronymi de Barros, filii natu maioris IOANNIS de BARROS, & Io. Baptiſtae Lauanha edendam commiſit. Prodiit illa 1615. *Madrit.* in fol. vt tituli prodit *reformada ed illuſtrada com notas.* Interea Diego de Couto, neutiquam de Conto, vt Cl. Vogtius, & Anonymus qui *Melanges de litterature tirez des lettres manuſcrittes de Mſr. Chapelain*, edidit, p. 24. ſcribit, Vlyſſiponenſis, Regis Luſitaniae hiſtoriographus, ad continuandam hiſtoriam Indicam 10. de BARROS ſe adcinxit, & *Decadem quartam Lisb.* 1612. in fol. *Lisb.* 1602. in fol. *Decad. quintam Lisb.* 1612. in fol. *Decad. ſextam Lisb.* 1614. in fol. *Dec. ſeptimam Lisb.* 1616. in fol. *Docad. octauam & nonam Lisb.* 1673. in fol. *Decad. decimam & vndecimam* Lisb. 1673. in fol. *Cinque libros da Decada XII.* neſcio quo fato *Par.* 1645. in fol. in lucem emiſit. Continuatoris Diego de Couto labor, variis, iis demum aduerſis fatis obnoxius fuit. Maxima enim pars exemplarium *Decadis VI.* incendio, in bibliopolae aedibus, exorto, flammis abſumta fuit, quare euenit, vt haec decas, libri per ſe rariſſimi, reliquis decadibus multo ſit rarior. Cum *Decadem IIX. & VIIII.* edere vellet Diego de Couto, Manuſcriptum illi furto ablatum fuit, laborem igitur iterare, & decades duas in vnum referre volumen cogebatur. Vid Niceron Tom. XII. p. 89-96. De verſione operis gallica, iuſſu Colberti a Msr. Fremond adornanda, conſilium Cappellani vid. in *Melanges de litterature* ſupr. cit. p. 25. ſqq.

BARTHOLOMAEI *Anglici* de proprietatibus rerum Libri XVIIII. *Colon. 1481.* in fol.

Rariſſimum eſſe librum ſcribit Gerdeſius in *floril. eg.* p. 29. BARTHOLOMAEVS *Anglicus* ſeu vt alio nomine vocatur, BARTHOL. *Glanuillamus*, familiae adſtus fuit monachorum Franciſcanorum, & hoc opus in XVIIII. libros diſtributum, teſte Io. Leland in

lippus IIII. Hiſpaniae rex, a Louis a Suarez, vidua Hieronymi de Barros, filii natu maioris IOANNIS de BARROS, & Io. Baptiſtae Lauanha edendam commiſit. Prodiit illa 1615. *Madrit.* in fol. vt titulus prodit *reformada ed illuſtrada com notas.* Interea Diego de Couto, neutiquam de Conto, vt Cl. Vogtius, & Anonymus qui *Melanges de litterature tirez des lettres manuſcrittes de Mſr. Chapelain*, edidit, p. 24. ſcribit, Vlyſſiponenſis, Regis Luſitaniae hiſtoriographus, ad continuandam hiſtoriam Indicam 10. de BARROS ſe adcinxit, & *Decadem quartam Lisb.* 1602. in fol. *Decad. quintam Lisb.* 1612. in fol. *Decad. ſextam Lisb.* 1614. in fol. *Dec. ſeptimam Lisb.* 1616. in fol. *Docad. octauam & nonam Lisb.* 1673. in fol. *Decad. decimam & vndecimam* Lisb. 1673. in fol. *Cinque libros da Decada XII.* neſcio quo fato *Par.* 1645. in fol. in lucem emiſit. Continuatoris Diego de Couto labor, variis, iis demum aduerſis fatis obnoxius fuit. Maxima enim pars exemplarium *Decadis VI.* incendio, in bibliopolae aedibus, exorto, flammis abſumta fuit, quare euenit, vt haec decas, libri per ſe rariſſimi, reliquis decadibus multo ſit rarior. Cum *Decadem IIX. & VIIII.* edere vellet Diego de Couto, Manuſcriptum illi furto ablatum fuit, laborem igitur iterare, & decades duas in vnum referre volumen cogebatur. Vid Niceron Tom. XII. p. 89-96. De verſione operis gallica, iuſſu Colberti a Msr. Fremond adornanda, conſilium Cappellani vid. in *Melanges de litterature* ſupr. cit. p. 25. ſqq.

BARTHOLOMAEI *Anglici* de proprietatibus rerum Libri XVIIII. *Colon. 1481.* in fol.

Rariſſimum eſſe librum ſcribit Gerdeſius in *florileg.* p. 29. BARTHOLOMAEVS *Anglicus* ſeu vt alio nomine vocatur, BARTHOL. *Glanouillanus*, familiae addictus fuit monachorum Franciſcanorum, & hoc opus in XVIIII. libros diſtributum, teſte Io. Leland

in

355. ſqq. I. A. Fabricii *Biblioth. Graec.* L. VI. Cap. 6. p. 426.

SEBASTIANI BASSONIS *Doctoris Medici*, Philoſophiae naturalis, aduerſus Ariſtotelem Libri XII, in quibus abſtruſa veterum Phyſiologia reſtauratur, & Ariſtotelis errores ſolidis rationibus refelluntur. Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. *Genevae, 1621.* in 8.

Gottlieb Stollio in *Anmerckungen über Heumanns Conſpectum reip. litterar.* p. 975. & *Catalogo Biblioth. Sellianae* P. I. p. 167. teſtibus, hic liber etiam *Aureliae apud Petrum de la Roviere* 1621. in 8. prodiit. Conf. *das erſte Stück des Verzeichn. einiger raren Bücher.* p. 52. ſqq. vbi quoque huius editionis mentio facta fuit. In *Lexico eruditor.* Ioecheriano de BASSONE inuenimus, quod grauis extiterit philoſophiae Ariſtotelicae inimicus, & *Romae* 1574, *diſſertat. in philoſophiam naturalem aduerſus Ariſtotelem* in 4. ediderit. Opinione autem deceptus fuit Cl. Vogtius cum p. 75. SEBASTIANVM BASSONEM, cum ſcriptis, ab ipſo editis, ignotum fuiſſe Morhofio ſcribit: Ille enim L. II. *Polyhiſt. Philoſoph.* P. II. c. XX. §. 2. p. 364. diſertis, eius, verbis facit mentionem. Conf. etiam *Catalog. Biblioth. Reimmanniana* P. II. p. 708. vbi & alius Morhofii adducitur locus, quo SEBASTIANI BASSONIS, mentio facta fuerit, quem nos vero, diligentiſſime licet quaeſitum, nulla prorſus ratione inuenire potuimus Editio libri aduerſus Ariſtotelem *Elzeuiriana*, quam cl. Vogtius, adfert, prodiit 1649. in 8.

BATAVIA ſacra, ſiue res geſtae Apoſtolicorum virorum, qui fidem Batauiae primi intulerunt. *Bruxell. 1714.* II. Tom. in fol. cum figuris aere inciſis.

Liber

Liber iſte, cuius autor p. 512. ſub hiſce litteris, T. S. X. H. L. H. S. T. L. P. V. T. nomen ſuum occultavit, in *Nov-Antiquis* anni 1727. p. 716. dicitur: *ein rar und koſtbares Buch.*

Les Saintes metamorphoſes, ou les changemens miraculeux de quelques grands Saints, tirés de leurs vies, par J. BAVDOIN, *Paris.* 1644. in 4 cum fig.

Rariſſimus hic liber IOANNIS BALDVINI eſt, qui duodecim ſermones, de totidem Sanctis Romanae eccleſiae complectitur. Liber eiusmodi typis exſcriptus eſt, quos Galli *la financiere* vocant.

MARCI BAVRIAE defenſio poteſtatis Apoſtolicae. *Ferrar.* 1521. in 4.

De raritate libri, Collectores *Nov-Antiquorum* ann. 1702. p. 401. ita ſcribunt: *Die Schriften ſo bey dem Anfang der Reformation, wider Lutherum geſchrieben worden, ſind ſehr rar; dieſe iſt aber eine der ſeltſamſten.* Autor fuit monachus Ordinis S. Auguſtini, & Theologiae doctor. Libri eius ob doctrinae nouitatem ſuſpecti curiae Romanae, & in indicem librorum prohibitorum, relati fuerant, quo factum, vt hanc defenſionem de poteſtate Pontificis, contra Lutherum, conſcriberet, vt cum pontifice in gratiam rediret.

HENRICI BEBELII triumphus Veneris.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 77. I. A. Fabricius L. II. *Biblioth. med. & inf. lat.* p. 492. librum illum *Tubingae* excuſum fuiſſe ſcribit, id quod confirmat Iohias Simlerus in *Bibliotheca Gesneriana.* p. 272. qui Triumphum Veneris, vna cum eiusdem Bebelii inſtitutione puerorum *Tubingae* impreſſum eſſe memorat.

rat. Inuenitur etiam in Tom. II. *Operum Bebelianorum*, qui *Phorcae in aedibus Thomae Anſhelmi Badenſis* 1509. in 4. prodiit & pp. 219. conſtat.

NATALIS BEDAE *Doctoris Theologiae Pariſienſis*, Annotationes in Iacobum Fabrum Stapulenſem libri duo; & in Deſiderium Eraſmum liber vnus. Scilicet in commentarios Fabri ſuper epiſtolas B. Paulli, & in eiusdem commentarios, ſuper quatuor euangelia, & in paraphraſes Eraſmi, ſuper eadem quatuor euangelia, & in omnes epiſtolas apoſtolicas. *Paris. 1526.* in fol.

Libri perrari, hic eſt titulus, quem ideo adſcripſimus, quoniam ex illo quem Cl. Vogtius p. 77. adduxit mutilatum, coniecturam aliquis facere poſſet, Fabri commentarium in Euangeliſtas, Paullique epiſtolas libro eſſe adiectum. NATALIS BEDA fuit Normannus Abrincenſis, de Monte S. Michaelis, Theologiae Doctor Pariſienſis, & gymnaſii Montacutii primarius, qui an. 1537. diem obiit. Infenſiſſimus Iacobi Fabri, & Deſiderii Eraſmi fuit hoſtis, & praeter hunc a nobis adductum librum, alios contra illos euulgauit, v. c. *Cenſuras* quas anno 1524. & 1525. *Pariſiis* edidit, & in vna earum mentem ſuam ita expoſuit: *Confecto Luthero, non poteſt res eſſe eccleſiaſtica incolumis, niſi conficiantur & graeciſſantes theologi.* Eraſmus illi reſponſionem obuertit an. 1529. quae Operum Tom. VIIII. p. 366. ſqq. reperitur: Lectu inprimis digna ſunt, quae Eraſmus p. 426. adfert; In NATALIS enim BEDAE ſcriptis, mendacia 181. calumnias 310. & blasphemias 47. ſe inuenire profitetur. Plura de NATALI BEDA, & eius ſcriptis vid. in Antonii Poſſeuini *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 46c. Pierre Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 491. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs Eccleſioſtiques* Tom. XIIII. p. 157. ſqq. Richard Simon *Hiſtoria Critica*

